

9/2007

f n m /
c n n

A
B
H
525
1491
M...
vivit...
eccl...
"

Alberti magni phi- losophie Naturalis Isagoge: siue introductiones: emendate nu- per & impresse summa di- ligentia.

In li-
bros {
 Physicorum.
 De celo & mūdo
 De generatione.
 De theozorū.
 De anima.
} Aristotelis

Cum annotaciūculis marginalibus.



VENIS 1517

Lectori.

Habes lector studiose: Alberti mag-
ni philosophi estimatissimi/ In naturalē philosophiā intro-
ductoriū: castigatissimū: summaq; vigilantia impressum: in
quo quid additum: aut immutatū fuerit: quo alij hactenus
libri viciose editi fuerūt: legendo alijsq; cōferendo dinosces
Preterea/ quo loco Aristotelis queq; vt extracta sunt: dif-
fusius legi possint textuū in margine semp signatura est: cū
alijs distinctionū: acceptationū z diffinitionū annotaciūculis
quibus visis studiosus statim quod querit inueniet: z legen-
do plus pficiet q̄ in reliquis hactenus diulgatis vtiq; po-
tuerit. Probabis igitur hanc exactiorem vtilissimi opusculi
limam: quisquis Albertū principē philosophū prosequeris.

Joachimi Vadiani Poete Lau.

in Auctoris laudem Carmen.

Donavit Magni cognomine grata vetustas

Maxima quos claros gesta tulere viros.

Hoc Asie victor Pompei decoratus ab vrbe es:

Quum nitidum premeres axe sublimis ebur.

Hoc z Pelleo iuueni post illa remansit

Bella quibus toto victor in orbe fuit.

Ast horum cecidit sedis variata potestas:

Et nullum est quo se laus tueatur opus.

Alberti: meritis Magni cognomen adeptum

Durat: z e rebus faustius omen habet.

Quandoquidem libris rerum monumenta reliquit:

Et fragiles tempsit pacis amator opes.

Astra per z coelos: mundi q; elementa vagatus

Victricem instituit pulchra per arma viam.

Stare quibus: furue pulsa caligine mentis:

Quam doctrina parit vita beata potest.)

In prohemio huius philosophi ante rema ponit philosophia: In hinc dicit philosophi
naturale & rationale & moralis Et philosophi morali & naturali obmissis de naturali philosopho
dicitur mundis

Prohemium huius summe Naturalis Philosophie.

in communi Distinguitur



Philosophia diuiditur in tres partes: videlicet logicam ethicam et physicam. Siue in rationale morale & naturale. Alijs duabus obmissis ad presens de sola Physica siue naturali intendimus.

Phie diuisio.

qui pbe uti
si obit aut
pbe

Acceptiones nature.

In proemio.

tura multis modis dicitur. Dicitur enim natura naturalis in-

telligentia sicut dicit Aristoteles in primo Physi. vniuersalia sunt magis nota in natura quam particularia idest natu-

rali intelligentia. Item relativa sunt simul natura ut dicitur

in predicamentis. Dicitur etiam natura materia. Dicitur etiam

natura forma. Et magis proprie dicitur natura forma quam mate-

ria quia saluat res naturales inesse. Dicitur etiam natura pri-

ncipium motus & quietis. Et dicitur etiam natura via in natu-

ram sicut generatio. Diffinit sic. Natura est principium mo-

tus & quietis eius in quo est per se & non sicut accidens. Unde

Auicenna dupliciter distinguit naturam. scilicet vniuersalem & parti-

cularem. Vniuersalem appellat virtutem diffusam in substantias

celorum. Particularis vero illam appellat que est in rebus sin-

gularibus & in indiuiduis ut illa que est in hac plata: vel in hoc

grano sicut dicitur. Quia natura est vis insita rebus ex similibus

similia pcreans. Et hos quatuor ultimos modos ponit Ari-

stoteles secundo Physicoz. Naturale etiam dicitur multis modis.

Primo quod alicui inest a sua creatioe sicut dicitur scire & adisce-

re naturale est homini: quia vtriusque inest ei a sua creatione. Dicitur

etiam naturale quod fit sicut cursum nature: sicut dicitur. Naturale est

quod ex homine fiat homo: & ex equo fiat equus. Unde sicut hec tria

Quod dicitur quod dicitur
relativa sunt sicut

2
3

4

5 Si natura dicitur
generatio eo quod
est via in forma in
magis dicitur de

Natura vniuersalis.

Natura parti-
cularis.

cap. 1. et 2. pri-
mi tract.

Naturale tri-
pliciter accipitur.

1
2

Opera triplicia
sunt.

om p 2 & flag
im uelamini
pe m qd p
ponit ad s q
ho m e contra
sunt simili na
ca

Prima tria
sunt genera
vniuersalis
m qd p
ponit ad s q
ho m e contra
sunt simili na
ca

a ij

Tractatus primus.

Opus nature

Opus artificis

Opus creatōis
Naturale. 3.

Divisio libri
in quatuor ptes.

1

2

3

4

5

Corporis diffi.

Corporis divisio

Corporis immobile

Corporis mobile

distinguunt opera et tria agentia: scilicet opus nature: artificis et creationis. Opus nature est cuius principium est natura.

Opus artificis est cuius principium agendi est voluntas.

Opus creationis est cuius principium agendi est creator. Et

dicitur etiam naturale quod considerat scientia naturalis. ¶ Cum autem

subiectum naturalis philosophie sit corpus mobile. Prima nostra

speculatio erit de corpore mobili simpliciter / siue secundum se. Secunda

de celo et mundo. Tertia de elementis. Quarta de elementatis.

Quinta de anima. ¶ Corpus autem diffinitur ab antiquis sic.

Corpus est omne illud quod habet trinam dimensionem scilicet longum /

latum / et profundum / vel sic et melius secundum Algazalem et Avicennam.

Corpus est in quo est aptitudo intelligendi duas lineas iterum

secantes se angulos rectos. Et iste linee habent se ad modum

crucis: et tertia dividit illas duas ad angulos rectos.

¶ Est autem corporum aliud mobile aliud immobile. et dico im-

mobile corpus stans quod nec movetur ad formam neque ad situm

ut est celum empiricum. Corpus autem mobile est quod subiacet mo-

tui et quieti quod est etiam unum de principijs naturalis scientie.

Tractatus primus huius summe li-

bri physicoz Aristotelis correspondens: Quatuor
continet capitula. Primum est de principijs rerum natu-
ralium habens tres particulas.

Tex. com. 56.

Tria esse prin-
cipia probat.

T Estante autem Aristotele summo philosophorum primo phi-

sicoz. Tria sunt principia nature videlicet subiectum siue ma-

teria et duo contraria: scilicet privatio et forma. Quod sic patet

quod in omni eo quod fit secundum naturam: aliquid subijciunt quod ad

illud quod fit sit in potentia. Per hoc quod dico aliquid subijcitur

tamen materia siue subiectum. Et per hoc quod dico fit tamen forma.

Naturalium Alberti. iij.

Et per hoc quod dico sit in potentia tango priuationem: verbi gratia ex homine non musico fit musicus: et ex semine non homine fit homo. Est igitur materia unum principium in numero cum priuatione et est ut duo ratione. Priuatio enim accidit materie: non enim est idem esse hominem et musicum esse. Quare ut dicit Aristoteles primo Physicorum duo sunt principia (quod est dicere) in numero: non tamen duo penitus propter illud quod est alterum esse eis sed sunt tria ratione. Quod autem materia et forma sunt principia cuiuslibet corporis naturalis patet per resolutionem. Abstractis enim formis omnibus accidentalibus tandem deueniunt ad formam substantialem qua adhuc abstracta per intellectum remanet quoddam valde occultum quod est materia prima. Quod autem materia prima sit aliquid patet per hoc: quod elementa commiscuntur adinuenienter et non secundum contrarias qualitates siue formas: secundum illas enim repugnant ergo secundum aliquid quod omnibus est commune et hoc est materia prima: ergo materia prima est aliquid. Et si obicitur omne esse est a forma: igitur si hec materia est aliquid habet formam et sic non est materia prima. Dicendum quod esse actuale est a forma. Sed non potentiale et tale esse habet materia prima. Vel potest dici quod aptitudo recipiendi omnem formam est ei pro forma.

Particula prima huius primi capituli: de his que ad materie rationem pertinent.

Uicit Aristoteles primo Physicorum: tunc enim arbitramur unumquodque cognoscere: dum causas eius cognoscimus: et principia prima usque ad elementa. De his ergo principiis est dicendum sigillatim et primo de materia. Materia ut dicit

1. Physicorum. tex. com. 60.

Materia et forma cuiuslibet corporis sunt principia.

Materia habere rationem entis probat.

Obiectio.

Solutio. 1.

2

In proemio.

Dif. materie. In tex. com. 82.

Tractatus primus

Declaratio
diffi.

Materia p se
neq; generat
neq; corrupit.

Diuerfa noia
materie attri-
buta. 1

2
3

4
Diuisiões ma-
terie. 1
Materia spū-
alis.

Corporalis.

2

Materia arti-
ficialis.

Naturalis.

3

Natura vltis.

Aristoteles pmo phi. in fine est primū subiectū vnus cuiusq; ex quo aliquid fit cū insit p se ⁊ nō fm accidēs. Cū insit dicitur qz in omni eo q fit fm naturā necesse est esse materiam Per se ⁊ nō fm accidēs dicit: ppter priuationē que nō inest p se sed scdm accidēs. Et hec est definitio materie prime de qua dicit Arist. ibidē. Quod sit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Si enī generaret esset genita anteq; generaret. Et sili- ter si esset corruptibilis: esset corrupta anteq; corrūperetur. Vnde b. Dio. c. iij. in li. de diu. no. dicit. Sed neq; corrupit aliquid existentū scdm q est substātia ⁊ natura. Sed ex defectu ordinationis q est fm naturā armonie ⁊ cōmensurati- onis infirmat ratio materie. ¶ Et nota q materia dicitur inquantū apta nata est recipere formā. Substātia vero si- ue subiectū inquantū substat forme. Dicitur aut yle inquantū nō habet aliquā cōparationē ad formā. Sed est iuda ab oī forma. Origo vero dicit scdm q est principiū omnū rerū naturalū. ¶ Materia aut sic diuidit quoniā quedā est spū- alis: quedā corporalis. Spiritualis est illa q est in creaturis q nō habēt sitū: vt angeli anime in quibus simul creat materia cum ipsis. Corporalis est ista que est in rebus que habēt sitū. ¶ Et illarū quedā dicit naturalis quedam artificialis. Artificialis est illa que est in rebus artificiatas: siue quarum principiū est volūtas creata. Naturalis est illa que est in re- bus naturalibus: siue quarū principiū est natura. ¶ Et illarū quedā est vniuersalis siue pma quedā particularis siue secūda. Vniuersalis est illa que nō habet aliquē respectum ad aliquam formam specialē. Sed ad omne formā indiffe-

Naturalium Alberti. iiij.

renter se habet. Est enim quedam inclinatio siue appetitus naturalis in materia ad omnem formam: et hoc propter omnimodam sui perfectionem a forma: vnumquodque enim in quo magis deficit: illud magis appetit. Unde Aristoteles in primo libro Physicorum dicit: quod materia appetit formam: sicut femina virum: et turpe bonum. Particularis est illa que facta est hoc aliquid et coartata a forma substantiali. etiam a formis accidentibus. Et nota quod in materia artificiali est tantum potentia passiva: sicut in creta respectu statue. In materia vero particulari naturali non solum est potentia passiva sed etiam activa: ut patet in grano milij. Et talis potentia vocatur a theologis ratio seminalis: que etiam est aliquid forme: quia est formativa forme. Particularis quedam est ingenerabilis et incorruptibilis. Sicut est in celo: et in corporibus superioribus: in quibus est virtus activa tantum respectu inferiorum. Quedam vero generabilis et corruptibilis ut in elementis et elementatis in quibus est virtus activa et passiva. Ex his que dicta sunt potest concludi quod quintuplex est materie divisio puta spiritualis et corporalis. Naturalis et artificialis. Universalis et particularis. Corruptibilis et incorruptibilis. Generabilis et ingenerabilis. Hec autem sic se habent ad invicem. Quia sicut naturalis simplicior est artificiali: ita ingenerabilis simplicior est generabili. Et sic universalis simplicior est particulari: Ita spiritualis simplicior est corporali (imo ut verius dicatur) in infinitum plus distat quia ad ipsam nullam habet proportionem. Quoniam omne quod est proportionabile alicui ipsum aliquoties sumptum reddit ipsum totum. Sed materia corporalis infinities sumpta non reddit spirituale neque e converso.

Lex. com. 81.

Materia particularis.

Diff. inter materiam rei naturalis et artificialis.

4. divisio. 2. 5.

Conp.

Comparatio.

Nota.

Tractatus primus

Particula Secunda de secūdo rerum naturalium principio videlicet priuatione.

Priuationo.

O Icto de materia dicendū est de priuatione: que sic potest notificari. Priuatio est absentia forme cum aptitudine materie ad illā: cum aptitudine materie dico / ppter corpora ingenerabilia et incorruptibilia in quoz materia nō est priuatio. Quoniā ad nullam aliam formam sunt in potentia.

Tex. com. 32.

Contingere enim ab esse nihil differunt in perpetuis vt dicit Aristoteles tertio Phisicoz. ¶ Et nota cū priuatio sit accidens materie sicut ergo distinguitur duplex materia. scz naturalis et artificialis. Sic potest distingui duplex priuatio scz naturalis et artificialis.

Particula Tertia de tertio principio rerum naturalium scilicet forma.

Nota triplicē esse formā. 1.

S Equitur de forma de qua prenotandū est q̄ quedā est forma abstracta a materia oīnoz a cōditionibus materie: Sicut est intelligentia et hanc considerat methaphisicus.

2

Est autē quedā forma abstracta a materia sensibili: sed nō a cōditionibus materie vt rectitudo curuitas linea et hanc cōsiderat mathematicus.

3

Est et alia forma materie coniuncta et cōditionibus materie: et hanc considerat Phisicus que est

Tex. com. 81.

Dicit formā esse quōdā diuinum: optimū ac appetibile.

vnū principium naturalis philosophie. ¶ Et sic dicit Aristotelis primo Phisicoz in fine. Forma est quoddā diuinū optimū et appetibile. Diuinū dicit quia forma dat esse rei: in quo omne qd est assimilatur ipsi deo. Et optimum dicit: quia nullum trium principioz forma melius est. Appetibile dicit: quia ipsa a materia appetit̄. sed forma nō appetit magis

teriam: nec priuationē vt dicit Aristoteles ibidē. ¶ Et nota q̄ forma dicit multipliciter. Dicit̄ enim forma perfectio rei & s̄m hoc substātia potest dici forma: sicut anima est cor- poris perfectio organici phisici cuius est anima. ¶ Dicitur etiam forma informās siue inherens: & talis forma diffiniē in libro sex p̄ncipioꝝ sic. Forma est cōpositioni contingēs/ simplici & inuariabili essentia consistens. ¶ Simpliciter dicit: quia omnis forma in se simplex est & indiuisibilis & inuariabilis essentie: quia si esset variabilis posset recipere aliā formam supra se & sic esset subiectū & nō forma: vel dicitur simplex ad differentiā compositi. Inuariabilis ad differentiam materie. ¶ Dicitur etiam forma quasi foris manens: & s̄m hoc forma dicitur paradigma siue exemplar. ¶ Forma recipit diuisionem quēadmodum materia. In spirituale & corporealem. Spirituales est ista que facit spiritum/siue que est in re spirituali/siue incorruptibili: ita q̄ tota sit i toto & tota in qualibet eius parte. Corporalis est ista que facit corpus siue que est in re corporali. Ita tñ q̄ sit in maiori parte corporis maior/in minore parte minor. ¶ Et illarū quedā est naturalis: quedam artificialis. Artificialis est illa que est in rebus artificiatis siue cuius p̄ncipiū est ars. Naturalis est illa que est in rebus naturalibus: siue cuius p̄ncipiū est natura. ¶ Et illarū quedam est vniuersalis quedā particularis. Vniuersalis illa est que in suo esse est totaliter: ita q̄ nō est impressa alicui materie vt albedo in cōmuni. Particularis est illa que sigillata est vel signata in hoc subiecto: vt hec albedo. ¶ Item particulariū. Quedam autē est incor-

Forma multipliciter dicit̄.

Forma scdm̄ Anto. sex p̄ncipioꝝ.

Declaratio diffinitionis.

Diuisiones forme. 1.

Forma spūal̄.

Forma corporalis.

2

Forma artificialis.

Forma nāl̄is.

3

Forma v̄lis.

Forma particularis.

4

Tractatus Primus.

5
Forma substā
tialis.
Forma acci-
dentalis.

6
Forma imme-
diate. 7
Forma media
ta. 7 duplici-
tate.
Primo

Secūdo

Enumerat opi-
niones de p-
ductiōe forma-
rum. Prima.

2

3

Lex. com. 55.

ruptibilis: vt forma celi. Quedā corruptibilis vt forma ele-
mentoz. ¶ Item formarū quedam est substātialis: alia acci-
dentalis. Substātialis est illa que ex adiūctione sui ad ma-
teriā facit qd. idest eē essentialē vt igneitas. Accidētalis est
q̄ ex adiūctiōe sui ad materiā facit q̄le z nō quid vt albedo.
¶ Item formarū alia est posita in materia imediate. Alia
mediate: imediate in materia posita est: vt forma substātia-
lis. ¶ Formarū vero mediate positarū in materia quedam
est posita mediante superficie: que s̄m extensionē superficiei ex-
tendiē. Et habet sitū s̄m vnā partē hic: s̄m aliaz ibi vt color.
Vnde primū subiectū coloris est superficiea z corpus superficiei
z corporis materia prima z vltērius nō resoluit̄. Quedam vō
nō mediante superficie est posita in materia: vt que nō habet
sitū vt paternitas filiatio z huiusmodi. ¶ Et nota sicut dicit
Auerrois multiplex fuit opinio philosophoz de formis
naturalibus. Quidam opinati sunt eas esse ab extrinseco. s. a
datore formarū z ante dationē formarū extra materiā esse
sepatas z positas in stellis: vt platonici dixerūt: Vnde dice-
bāt qm̄ homo nascetē sub aliq̄ stella s̄m caliditatē z frigidit-
tatē illi imprimereē forma talis stelle. ¶ Alij dixerūt formas
in materia esse actu z latere z esse insensibiles nob: vt Anaxa-
goras vñ dicebant oīa in vnū misceri. ¶ Tertia opinio est
Aristotelis: qui ponit formas esse in materia potētia: z nō
in actu. Sed ab extrinseco agēte educunt̄ de potētia in actū.
Vnde dicit Arist. ij. de deneratiōe z corruptiōe. Allatio so-
lis in obliquo circulo facit generationē in istis inferioribus
generatio vero formarū ergo allatio solis facit formam per-

generationē. Et in .ij. Phisicorū dicit. Quod hō generat hōiem
 et sol ex materia. ¶ Itē nota quod forma dicitur forma et species:
 ratio et endelechia: siue actus. forma dicitur inquantū dat esse
 materie siue in cōparatione ad materiam. ¶ Species vero
 inquantū est principiū cognitiōis vel put cōsideratur in se.
 ¶ Ratio vero inquantū est finis materie: siue inquantū est
 proportionabilis materie. ¶ Endelechia siue actus dicitur in-
 quantū opponitū priuationi. ¶ Item nota sicut dicit Ari-
 stoteles secūdo de generatiōe et corruptiōe. Materie est pa-
 ti et moueri. Mouere autē et facere alterius potētie est scilicet
 forme. ¶ Unde quod omnino caret materia: omnino caret
 passione sicut primū principiū: in alijs autē scōm diuersitatē
 materie diuersificantur proprietates et passiones. Et hec de
 principijs naturalis philosophie dicta sufficiūt.

Capitulū Secundū secūdo phisi- corū Aristotelis correspondens: Cuius sunt due par- ticulæ: Prima est de causis per se.

Nunc considerandum est de causis que et quot numero
 sint. Prenotando differentiam inter principium et causam.
 Principium est causa intrinseca et essentialis rei. Causa ve-
 ro extenditur ad causam extrinsecā et intrinsecam: ut postea
 patebit. ¶ Unde scōm Aristotelē secūdo Phisicorū. Causa
 est ex quo fit aliquid cū insit ut es statue. Cū insit dicitur ad
 differentiam priuationis et hec est causa materialis. ¶ No-
 tandū quod quedam est materia ex qua: ut es statue. Quedam
 vero est materia in qua: ut subiectū accidentiū. Alia vero est
 materia circa quā: ut obiectū potētie: ut visus circa colorē,

Lex. com. 26

Iterū diuersa
noia ponit for-
me attributa.

Lex. com. 53

Proprietates
materie et forme

Cōp.

Principiū
Causa.Lex. com. 28.
Cā materialisMateria ex quā
Materie in qua
Materia cir-
ca quam.

Tractatus Primus.

Causa formalis

**Aliter forma
dicitur in simplici-
bus et compositis**

**2. Phil. text.
com. 29.
Causa efficiens.**

**Causa efficiens
intrinsecus.**

**Causa efficiens
extrinsecus.**

**2. Phil. text.
com. 29.**

**Causa finalis
Ubi supra.**

Ordo causarum.

**Sunt cause si-
bi inuicem esse
cause. 2. Phil.
text. com. 30.**

**Aliqua eadem causa
ex priorum effe-
ctu. 2. Phil.**

¶ Alio modo dicitur causa forma: species/exemplar/ paradigma/ actus/ et perfectio et ratio ipsius respectu quod quid erat esse: ut igneitas ignis et hec est formalis. **¶** Et nota quod in entibus simplicibus: sicut in angelo et anima idem est forma que est actus materie: et que est actus compositionis. In compositis vero non est idem forma ut in homine. Anima enim est actus materie: humanitas vero actus compositionis. **¶** Tertio modo dicitur causa unde est principium mutationis seu motus et quietis ut deliberans propositi/ pater filij/ et omne faciens est causa facti. Et hec est causa efficiens. **¶** Et nota quod duplex est causa efficiens circa materiam scilicet intrinseca et extrinseca. Intrinseca est virtus actiua seminis in materia que a theologis vocatur ratio seminalis. Extrinseca est virtus celi finis quod dicit Aristoteles quod allatio solis facit generationem in obliquo circulo. **¶** Et nota quod media que sunt ad finem reducuntur ad causam efficientem sicut ad sanitatem/macres/purgatio motus et organa omnia enim hec gratia finis fiunt. **¶** Quarto dicitur causa gratia cuius aliquid fit: ut cultellus gratia incidendi. Et hec est causa finalis de qua dicit Aristoteles quod est causa potissima et finis aliarum. **¶** Circa causas nota quod finis mouet efficientem/ efficiens mouet materiam: materia mota introducit forma sicut patet in artifice: et propter hoc causa finalis est potissima aliarum. **¶** Item nota quedam cause sibi inuicem sunt cause. Sed non eodem modo ut laborans est causa efficiens sanitatis. Sed sanitas est causa finalis laborandi. **¶** Item idem contingit esse causam oppositorum ut nauis cuius presentia est causa salutis: absentia vero eius est causa periculi

Naturalium Alberti. vij.

¶ Nota q̄ causa dicit̄ tripliciter: aliquid enī dicit̄ causa alī-
cuius p̄ prius ⁊ aliud per posterius vt medicus est causa sani-
tatis efficiēs per prius: artifex vero p̄ posterius. **¶** Itē ali-
quid est causa p̄ se alicuius: alterius vero p̄ accidēs: vt faciēs
statuam est causa per se statue: Polidetus vero per accidēs:
accidit enī statuam faciēti polidētū esse. **¶** Item aliquid
est causa in actu: aliud in potentia: vt edificans ⁊ edificator
domus. **¶** Nota sicut est in causis ita est etiam in causatis.
Et dicta de causis essentialibus sufficiunt.

Particula Secūda huius capituli de causis per accidēs. Fortuna scilicet ⁊ casu.

¶ Post hec dicendū est de fortuna ⁊ casu quid sint et que
earū differētie sunt. Multa enī a casu ⁊ fortuna fiunt ⁊ p̄tin-
gunt. Quid enī sit casus ⁊ fortuna scdm Aristotelē inuesti-
gari potest. Eorū que fiunt quedā fiunt p̄pter hoc idest q̄
intenta sunt. Quedam vero nō p̄pter hoc idest q̄ intēta nō
sunt: vt aliquē inuenire thesaurū cum fodit sepulchrū. Non
enim fodit propter hoc vt thesaurū inueniat. **¶** Item eorū
que fiunt propter hoc: quedā fiunt a proposito idest ab vsu
liberi arbitrij. Quedā a natura: ⁊ illa fiunt a natura vt dicit
Aristoteles scdo Phisicoꝝ quecūq; in se ipsis a quodā prin-
cipio cōtinuo mota accedunt ad aliquē finem sicut patet in
febricitante vbi natura operat̄. **¶** Item eorū que a natura
fiunt: quedam semp fiunt: vt oriri solem in obliquo circulo.
Quedam vt frequēter ⁊ nō semp vt pluuiam generari ex va-
pore. Quedam vt raro: vt arbores in tpe hiemali pullalare.
¶ Eorū itaq; que fiūt a p̄posito causa per se est p̄positum.

Hos causarū
modos repies
2. phi. text. cō.
32. ⁊ infra p̄ v-
nū itegrū cap.

Que de causis
dicta sūt: ea et
ad effectū sunt
applicāda.

2. phi. c. 2. tr. 4

Aliqd fit p̄
pter hoc.

Aliqd fit nō
p̄pter hoc.

Aliqua fiunt
ab electione.

Aliq̄ fiūt a nā
2. phi. text. cō. 1.

Aliq̄ fiunt sp̄.

Aliq̄ fiūt fre-
quēter.

Aliq̄ fiūt raro

Tractatus primus.

Applicatio. Et eorum que fiunt a natura propter hoc causa per se est natura. Sed eorum que non fiunt propter hoc causa per accidens est casus et fortuna. Causa per accidens dico quia fortuna et casus accidit causis per se. Quod sic patet: ut si quis iret ad forum ut emereret carnes: cum venit ad forum inuenit thesaurum ex casu: qui casus accidit cause per se scilicet eunti ad forum. **¶** Oportet autem quod fortuita et casualia raro fiant. Si enim frequenter fiunt non dicuntur casualia et fortuita: ut si eunt ad forum contingat frequenter bellare. **¶** Differt autem fortuna a casu: quoniam fortuna est tantum in agentibus secundum propositum. Unde neque inanimatum: neque infans/neque brutum agunt aliquid a fortuna quoniam non habent propositum. neque eufortunium neque diffortunium est in his: nisi secundum similitudinem sicut dicit Aristoteles: eufortunos esse lapides in quibus fiunt altaria cum honorem. Diffortunos autem illos qui ponuntur in pavimento quoniam pedibus calcantur. **¶** Sed casus est in non habentibus propositum ut in brutis et in inanimatis: ut equus casu venit ad domum et saluatus est a lupis: non enim propter salutem venit ad domum: sed ut cibum summat. Et tripes cecidit et sedes facta est. Non enim cecidit propter hoc ut sedes fieret: sed ut in medio quiesceret: sicut omne ponderosum tendit ad centrum. Sic ergo patet quod omnis fortuna est casus: sed non convertitur. **¶** Et nota quod in his que fiunt propter hoc: siue fiant a proposito siue a natura contingit sepe fieri errore vel in faciendo plus vel minus vel indebite. Ab errore qui contingit in his que fiunt a proposito causatur peccatum propositi: ut si grammaticus errat in scribendo peccat in orthographia. similiter si medicus errat in potu dando peccat in administrando.

Casus et fortuna in his sunt que raro fiunt.

Casus et fortuna quandoque in se habent diuersitatem. 2. Philosophi. tex. com. 57. et infra.

In non habentibus electionem proprie casus est.

Casus si propter accidit plus sciat quam fortuna.

Error et peccatum in operatione actus ac natura committitur.

et medicinis. ¶ Ab errore vero qui fit in his que fiunt a natura causa peccatum nature sicut sunt monstra. ¶ Unde dicit Arist. ij. phi. Monstra sunt peccata in natura illius quod propter aliquid fit: sicut propter errorem nature contingit in animalibus fieri bouigenas: vel vipperigenas. Et in plantis vitigenas. oliuigenas. ¶ Sic igitur ad presens determinatum est: de causis que et quot sunt. Quatuor enim sunt numero: scilicet: materialis/formalis/efficientis/et finalis de quibus dicit Arist. ij. Phi. quod conueniant tres multoties in vna: sicut quod quid erat esse: et cuius gratia fit aliquid. Et qui est principium motus et quietis: et non tamen idem est sensus et intellectus quasi diceret. Quia vna causa sepe trium suscipit appellationem: nam forma est finis respectu materie. Et est efficiens causa respectu eorum que fiunt a natura. Et est causa formalis ipsius compositi: quia homo generat hominem et sol. Et hec de causis dicta sufficiunt.

Capitulum Tertium cuius tres sunt particule. Prima est de his que pertinent ad quidditatem motus.

Quoniam ut dicit Aristoteles. ij. Phi. Natura est principium motus et quietis seu status et mutationis. Dicto breuiter de principijs et causis naturalis philosophie conueniens est ut dicamus de motu et quiete loco et tpe. ¶ Primo igitur nota de motu inter philosophos diuerse fuerunt opiniones. Quidam enim ponebant motum esse quidam vero non. Et eorum qui ponebant motum non esse: quidam propterea quod esset impossibile duo corpora esse in eodem loco sicut Parmenides et Melissus. Dicebant enim probando aut aliquid moueatur vel nihil. Si nihil habeo propositum. Si aliquid vel ergo per vacuum vel

Tex. com. 82.

Epilogus.

Tex. com. 70.

Eina causa sepe trium suscipit appellationem.

Tex. com. 3.

Opiniones de motu. Et duplex est opinio eorum qui motum negant.

Motum huius opinionis.

Tractatus primus.

plenū. Si per vacuū ergo qua ratione esset alicubi vacuum. eadē ratione vbiq; ergo totū esset vacuū qđ est impossibile ergo totū vniuersum esset nihil Si per plenū ergo iam vnū corpus esset in alio: ergo duo corpora essent in vno z eodē loco: qđ est impossibile. Vnde dicebant qđ tantū vnū esset ens ptinuū z sine motu z immobile. Aristoteles autē dicit: qđ tales nō sunt philosophi. Quia philosophi p̄supponunt motū esse. ¶ Alij autē dicebant motū nō esse: p̄pter infinitatē spacij sicut zenon et eius sequaces. Dicebant enī sic. si possibile est motū esse: ponat̄ inesse naturali motus: anteq; autē corpus moueat̄ de loco ad locū oportet vt p̄transcat partē spacij prius anteq; totū spacium p̄transcat z iterū partē spacij z sic in infinitū: qz infinite sunt partes spacij: sed infinitū nō cōtingit p̄transiri: ergo nō est motus. ¶ Sed Aristoteles soluit hoc in sexto Phisi. z dicit qđ dupliciter potest cōsiderari spacium. Vno modo quo ad actū: alio modo quo ad potentiā. Ad actū vero siue quo ad extremitates sic spacium nō est infinitū. Ad potentiā vero siue diuisionē sic est infinitū: p̄pter infinitatē partiū p̄portionabiliū spacij. ¶ Eoz ergo qui ponebant motū esse: quidā per vacuū quidam p̄ plenū. Per vacuū motū fieri dicebant Democritus z Leucippus z sequaces. ¶ Eoz qui ponebant rerū naturalium principia esse corpora indiuisibilia / que sunt. Athomi dicta ab a qđ est sine / Et thomos diuisio quasi sine diuisione. ¶ Et dicebant qđ nō cōtingeret videre. nec agere nec esse aliquē motū nisi per vacuū. Vnde dixerūt si totū vniuersum esset vacuū cōtingeret videri muscam in celo. Aristoteles autē dicit qđ

Hic recitat
Arist. 1. phisi.
z ibidē re. pbat.

2. opinio.

Motū opinio
nes.

Solutio.

In tex. cō. 19.

Duplex ē opi
nio pcedentiū
motū. Prima

nec bouem nec asinum contingeret videri in celo. Et dicit si totū esset vacuum q̄ nullus esset motus: non enim cōtingit motū esse p̄ vacuū. Et hoc demonstrat̄ in quarto Phisic. sic. Velocitas z tarditas motus causant̄ a leuitate z tarditate eius quod mouet̄ a subtilitate z grossicie mediij per q̄d fit motus. Ponatur ergo quod corpus grauissimū moueatur per mediū subtilissimū tunc cōstat q̄ iste motus est velocissimus. Et motus velocissimus est qui mensurat̄ tēpoze minimo. Velox enī vt dicit Aristoteles est quod in pauco tpe multū pertransijt. Tardū est quod in multo tēpoze parum mouet̄: ergo si motus esset p̄ vacuū cum ipsum vacuū in infinitum excedit mediū subtilissimū: constat q̄ ille motus esset velocior velocissimo z per p̄sequens mensuraret̄ tpe minori minimo. Sed hoc est impossibile: nullus enī motus est velocior velocissimo: nec aliquod tēpus est minus minimo. ergo per vacuū nō p̄tingit esse motū. Est enī vacuū locus carens corpore. Et hec eadē ratio valet ad intelligendū: q̄ licet angelus moueat̄ de loco ad locū non autē per medium: motus enī eius velocior est omni motu corporis in infinitū. Et etiā quia motus angeli non mensuratur tempore. sed nunc.

¶ Et si obicitur q̄ inter duo nūc est tēpus mediū. Et si motus angeli mensurat̄ per nunc z nūc ergo mensurat̄ tēpoze.

¶ Dicendum q̄ duplex est nunc scilicet fluens et inter duo nunc talia bene est tēpus medium tali nunc nō mensuratur motus angeli. Aliud est nūc vicissitudinatū z inter duo nūc talia nō est tempus medium: z tali nunc mensuratur motus angeli. Sed Aristoteles dicit motum esse per plenū in actu

Motū in vacuo exerceri n̄ posse Arist. 4. phisic. In text. com. 71. 72. et deinceps p̄bat.

Velox. 4. phi. In text. cō. 95. Tardum.

Vacuum.

De motu angeli.

Obiectio.

Duplex nūc.

1

2

b

Tractatus primus.

z per vacuum in potentia. Sicut videtur quando aliquid mo-
uetur in aere vel per aquam.

De diffinitionibus motus.

DE motu ergo dicendum est: quid sit motus z de eius di-
uisione. Diffinitur enim sic ab Aristotele tertio *Physicorum*.
Diffi. motus. Motus est enuclechia entis existētis in potētia scdm q̄ hu-
Tex. com. 6. iusmodi est: vt alterabilis quidē inquantū est alterabile / al-
1 teratio est. Item in eodem libro. Motus est actus imperfe-
2 ctus. Unde actus pfectus est quādo forma perfecte acqui-
3 sita est in aliquo subiecto. Sed imperfectus est per oppositū.
4 Avicenna diffinit sic motū. Motus est exitus de potētia ad
5 actum cōtinue z nō subito. Item diffinit sic motus. Est pri-
ma perfectio eius quod est in potētia. Que diffinitiones vt
note fiant. Sciendū q̄ rerum quedā sunt in potentia: vt ex
*Res in potē-
tia est duplicif*
2 eis eliciatur actus subito: z talium nō est motus. Quedam
autē sunt in potētia: vt ex eis eliciatur actus nō subito z ta-
lium est motus. ¶ Hoc autē q̄ sic est in potentia duplicem
*Mobile est in
potētia ad du-
o. s. ad motū et
ad terminum
motus. Cōp.* habet potentiā: vnam respectu motus: aliam respectu eius
quod acquiritur per motum. Et sic patet qualiter motus
sit prima perfectio respectu sequētis. Est enim motus actus
quo existēte adhuc aliquid eius remanet. Forma enim q̄ ac-
quiritur per motū est perfectio: qua existēte nihil remanet
ipsius. ¶ Et nota q̄ motus proprie nō mensurā nisi tem-
*Motus men-
surā tpi.
Cōp.* pore / tanq̄ propria passiōe. Unde cum tēpus est continuū
z motus cōtinuus sit. ¶ Continuū autem est cuius partes
Continuū. copulantur ad cōmunem terminū. ergo motus habet par-
tes z medium. ¶ Et ex hoc q̄ quicquid mouetur prius mo-

nebatur et mouebitur. Est enim partim in termino a quo et partim in termino ad quem et partim in medio. Talis enim motus non est nisi corporum que partem et partem habent et medium.

¶ Item nota differentiam inter continua: contigua et consequenter se habentia. Continua sunt que copulantur ad unum terminum communem: sicut linea ad punctum et partes superficiei ad lineam: et partes corporis ad superficiem. ¶ Contigua sunt quorum partes et termini sunt simul et non distant: ut penna et pergamenum: quoniam termini horum idem sunt. ¶ Consequenter vero se habentia: sunt que non habent medium inter se sui generis aliud autem nihil prohibet esse medium. Et summatur genus large: ut duo scilicet asini sunt eiusdem generis: et due domus et hijs similia. ¶ Item nota quod ad unum motum numero ut dicit Aristoteles quinto Physicorum tria exiguntur scilicet ut illud quod mouetur sit unum numero. Et forma que acquiritur per motum sit unum numero. Et tempus mensurans motum sit unum numero et continuum ita quod non intercidat quies. Ut dicit in eodem Aristoteles. Multi sunt motus et non unus motus quorum quies est medium. Quare si motus aliquis a statu occuparetur non esset unus motus nec continuus. Ut si sagitta fuerit missa in altum: et ibi aliquantulum quiescat ille motus in sursum est diuersus a motu deorsum per quietem interpositam. ¶ Et hoc valet ad cognoscendum quomodo unum sit peccatum et quomodo plura. ¶ Item notandum aliquid mouetur per se aliquid per accidens: per se mouetur subiectum. Per accidens vero mouetur aliquid dupliciter. Uno modo sicut forma in subiecto: ut albedo mouetur motu subiecti:

Et id diffuse
6. phi. ostendit
ex eo quod in mo-
tu non datur pri-
mum simpliciter
nec ultimum.

Continua.
5. phi. in text.
com. 26.
Contigua.

Consequenter se
habentia.
5. phi. in text.
com. 25.]

Ad unitatem
nucralē motus
tria requiruntur.

5. phi. text.
com. 34.

Aliquid mouetur
per se.

Aliquid non per ac-
cidens dupl.

Tractatus Primus.

fm q̄ dicit̄ motis nobis mouētur omnia que in nobis sunt.

Alio modo sicut partes in toto: vt clauus motu nauis.

Particula secūda: de motus diuisione.

Prima diu/ sio motus.

Nunc dicendū est de diuisione motus. **M**otus enim vno modo diuidit̄ sic. Motuū alius naturalis: alius animalis:

Mo. natural.

alius violētus. Naturalis est ille cuius principiū intra se est

Animalis

natura. Animalis est cuius principium intra se est anima

Violentus.

Violentus cuius principium est extra nō cōferens vim passo.

In tex. cō. 10.

Et hec diuisio sumitur ex eo q̄ dicit Aristot. septimo Phis.

Notabile.

Om̄e q̄ mouet̄ vel mouet̄ a seipso vel ab altero. Et nota q̄

motus naturalis in principio est remissus z in fine intensus

Animalis est in principio z fine remissus: in medio vero int̄

sus. Violentus vero est in principio int̄sus: z in fine remis-

Ubi supra.
Diuisio motus
violenti.

sus. **M**otum violentū Arist. vij. phis. diuidit in quatuor species: scz in pulsionem/ tractionē vectionē / et vertiginem.

Impulsio.

Pulsionis due sunt species: scz impulsio z expulsio. Impulsio

Expulsio.

est q̄n̄ mouēs ab eo q̄ mouet̄ nō deficit. Expulsio aut̄ quā-

Tractio.

do ab eo q̄ mouet̄ expellens deficit. Tractio cum ad ipsum

vel alterum velocior est motus trahētis nō separatus ab eo

quod trahitur. Et ad hūc motū reducūtur inspiratio z re-

spiratio. Speculatio radiatio sunt enim similes tractioni.

Vectio.

Vectio est q̄n̄ aliquid nō fm se sed fm accidēs mouet̄: z hoc

contingit tribus motibus: scz impulsione tractatione z ver-

Vertigo.

tigine. Vertigo est motus cōpositus ex tractione z impulsio-

Secūda diu/ sio motus.

one. **A**lio modo Aristoteles in postpredicamentis diuidit

motū in sex species: scilicet: in generationē/ corruptionem/

Augmētationē/ diminutionē/ alterationē z loci mutationē.

Cuius sex sunt differentie: scz ante z retro. sursum deorsum: dextrosum z sinistrosum. Et ipse corrigit se in Phisicis: dicens generatio z corruptio nō sunt motus. sed mutationes unde in quinto phisicoꝝ he quidē sunt mutationes: motus autē nō sunt. ¶ Motus enī de subiecto in subiectū idest de ente ad ens. Generatio vero est de nō ente ad ens. Corruptio vero est de ente ad nō ens. Item motus nō est nisi in re existente actu z in re fixa: z in tēpore: z nō in instanti: vt generatio z corruptio nō sunt motus sed mutationes. Omnis enī motus est mutatio: sed nō cōuertitur. De his speciebus plenius dicendum erit in tractatu de elementis.

¶ Item nota qd aliquid mouet̃ per locū z tēpus vt corpora. Quedam per locū sed nō per tēpus: scdm quosdā: vt lux ab oriēte in occidēs in instanti. Alij dicunt quod ille motus est in tēpore inceptibili. Quedam per tēpus sed nō per locū: vt angelus. Aliquid vero nec mouet̃ per tēpus nec per locū: vt deus qui stabilis manēs: dat cuncta moueri.

Particula tertia de Quiete motui opposita.

¶ Facto de motu dicendū est de quiete: opposita enī iuxta se posita magis elucescūt. ¶ Quies aut sic diffinit̃. Quies est id quod inest rei de cuius aptitudine est quod moueatur nō tamē est mota. ¶ Itē Auicēna sic diffinit quietē. Quies est priuatio motus in illo de cuius aptitudine est quod moueatur nō tamē est motum. Ex hoc patet qd sicut motus fit in tēpore. Ita z quies est in tēpore. Non autē hic dicere intendimus de quiete: secundū qd autē in deo est et in angelis.

Sex sunt differentie positionum.

Tex. com. 8.

Generatio z corruptio nō sunt motus.

Aligo moueri capiunt multipliciter. 1

2

3

Quies.

Quies sicut Auicennam.

Tractatus primus.

Quietis diui-
lio. Natural.

Animalis

Violenta.

Item sicut motus diuiditur in naturalē/animalē/z violentū ita quies diuidit̃. ¶ Quies naturalis est quādo corpus est in pprio suo loco determinato sibi a natura sicut terra in centro z ignis in alto. ¶ Quies animalis est quando animal cessat a motu suo in quo fuit siue coniūgatur appetibili siue non. ¶ Quies violenta est quando corpus est in loco sibi accidentalī. Sicut si terra esset in alto z ignis in centro.

Capitulū quartū. quarto phi. corre-
spondens. Quatuor habet particulas. Prima est de loco.

Locus scdm
Damascenū.

S Equitur de loco: unde locus sic diffinit̃ a Damasceno. Locus est corporalis finis eius quō cōtinet s̃m q̃ cōtinet: vt puta aer cōtinet corpus. Corpus autem ab aere cōtinetur.

4. phi. in text.
com. 39.

¶ Ab Aristotile diffinitur. Est vltima superficies corporis cōtinentis immobilis primū. ¶ Est aut duplex locus: scz in-

Locus intelli-
gibilis.

telligibilis z sensibilis: intelligibilis est locus spiritaliū cre-
aturarum: vt angeloz z animarū de corporibus exutarum.

Que licet sint in loco corporali: nō tamē corporaliter. Sed in-

telligibiliter: vt dicit Damascenus. Est autem intelligibilis locus vbi intelligit̃ aliquid esse. Et est intelligibilis z intel-

ligibilium: vt alicuius incorporee nature: que quidem ni-

mirum ibi est vbi operatur. ¶ Locus sensibilis vel corpo-

ralis: est locus corporum scdm q̃ diffinitus est supra. ¶ Et

nota q̃ aliquid tripliciter dicit̃ esse in loco circumscriptiue:
diffinitive z repletive. ¶ Circūscriptiue aliquid dicit̃ esse in

loco cui potest assignari principiū: mediū z finis in loco: vel
cuius partes cōmensurant̃ partibus loci et sic corpus est in
loco. ¶ Diffinitive aliquid dicit̃ esse in loco quod sic est hic

Locus corporalis
In loco esse
tripliciter ptin-
gat.

et non alibi et sic sunt angeli in loco: angelus est ibi: ubi operatur
 ut dicit Damascenus: et anime exute a corpore. Dico exute:
 quia anima unita corpori est in eodem loco cum corpore non per se:
 sed per accidens. ¶ Repletive dicitur aliquid esse in loco: quia re-
 plet omnem locum et sic deus dicitur esse in loco quia omnem locum
 replet. ¶ Item quedam sunt in loco per se ut subiectum: que-
 dam per accidens: ut ea que sunt in subiecto: ut albedo nigre-
 do: vel partes integrales: ut digitus in manu. ¶ Item du-
 plex est locus: quidam est communis: et quidam proprius. Locus com-
 munis est sicut celum de quo dicit Damascenus: celum est conti-
 nentia visibilium et invisibilium creaturarum. Et domus locus com-
 munis est omnium que in domo sunt. Locus proprius est circum-
 scriptio corporis tantum unam rem includens: nec maior nec mi-
 nor corpore quod includit. Et secundum hoc locus est quantitas.

In loco esse per
 se et per accidens

Locus communis.

Locus proprius

Particula secunda est de Tempore

et his que pertinent ad ipsum.

Sequitur de tempore de quo primo dicendum est quid sit
 tempus. Secundo quid sit esse in tempore. Tertio de differentis
 temporum. Quarto de eius distinctione. ¶ Tempus autem sic dif-
 finitur ab Aristotele quarto Philo. Tempus est numerus mo-
 tus secundum prius et posterius. Item tempus est mensura motus re-
 rum mutabilium secundum prius et posterius. Que definitiones in-
 telliguntur manifeste ex comparisonem temporis ad motum localem.
 cuius propria et per se passio est tempus. Motus igitur localis
 est supra magnitudine que habet partem ante et partem post.
 Et ille partes dicuntur respectu alicuius medie partis. Mobile
 autem quod movetur supra ipsa magnitudine est quid divisibile:

Propouit di-
 cenda.

Tempus diffi.

Co. 101. et 108.

Ex comparatione
 tempus ad motum
 localem: et motus
 localis ad spa-
 cium diffi. tempus
 intelligere sunt

Tractatus primus

z est in potētia ad renouationē vbi loci z situs. Et cum ipsa potētia sit diuisibilis. Et ois diuisibilis sit mēsurā aliq̄ ergo illius potētie exitus ad actū erit mēsurā aliqua ipsum aut̄ quod fertur vel mouet̄ in motu suo vniū et idem est ens habens tamē cōparatiōem ad diuersas partes magnitudinis respectu termini a quo z termini ad quē est motus cōtinue respectu mediij. ¶ Cum igit̄ motus sit mediū inter magnitudinē z mēsurā ipsius motus. Ideo mēsurā potētie exeūtis in actum p̄tinue habebit tria causata in motu vel ab ip̄a potētia cōtinue procedēte in actum : scz prius z posterius : causata a priori z posteriori in motu. Et mediū cōtinuans quod correspōdet ei qđ fertur vel mouet̄ p̄tinue a termino a quo in terminū ad quem. ¶ Et sic patet qđ motus est cōtinuus a cōtinuitate magnitudinis siue spacij sup̄ quo mouetur. Et sic in motu est prius z posterius ac medium. Sed illud mediū nō est idem manēs. Sicut etiam in magnitudine vel in vbi vel in situ nō est semper idem mediū inter quācumq; partem acceptā ante z acceptam post in tota magnitudine. Sicut aut̄ idem est quod fertur vel mouet̄ cōtinue in tota magnitudine s̄m substantiā z nō habet idem esse hic vel ibi idest ante vel post. Ita est idem nūc s̄m substantiam quod adiacet ei qđ mouet̄ vel fertur. et tñ nō habet idē esse sic nec qđ fertur vel fluit a parte priori in posteriorē magnitudinis cū tñ maneat in substātia idē motū p̄tinue. Et sic patet qđ nūc est substātia tēporis. Quia tēpus nihil aliud est nisi nūc fluens fluxu suo suscipiēs esse p̄tinuū. Nihil enim est accipere de tēpore nisi nūc. Quod enim preteritū est nō est.

In tpe qđ est mēsurā motū tria sunt : prius posterius z medium.

Cōz.

In motu assignat̄ prius posterius z medium qđ tñ mēnie idē manet.

Mobile in toto motu s̄m substantiā iterum manet.
Cōpat nūc ad mobile.

Cōz.
Nūc fluēs de substātia tēporis est.

Quod futurum est/nōdum est. ¶ Hijs habitis. Sciendum
 q̄ duplex est numerus: sc̄z numerus nūerans/ z nūerus nūe-
 ratus. Numerus nūerans est nūerus permanēs quo multa
 possunt nūerari: vt denarius vigenarius et huiusmodi quo
 numerant̄ decem asini vel similia. Numerus aut̄ numerat̄
 est res numerata vt canes: asini vel oues z similia. ¶ Nume-
 rus aut̄ numeratus dicit̄ dupliciter s̄m potentiā sc̄z z sc̄dm
 actū. Sc̄dm potentiā dicit̄ proprie numerabile vt arena.
 Sc̄dm actum vero: vt res numerata s̄m actum. ¶ Item nu-
 merus numeratus duobus modis nūeratur sc̄licet a causa
 numeri hoc est a causa que facit numerū esse. Et sic tempus
 numerat̄ a motu: q̄z prius z posterius in tempore: causant̄ a
 priori z posteriori in motu. Aliter numerat̄ numerus nūe-
 ratus a partibus suis z a substantia sua s̄m quod habet eam.
 Et sc̄dm hoc dupliciter numerat̄ tēpus: sc̄z a priori z poste-
 riori in tēpore: vt a partibus. Et a nūc iterato s̄m esse eodē
 t̄m manente s̄m substantiā z sic numerat̄ tēpus tanq̄z a sub-
 stantia sua. ¶ Item alio modo cōsideratur nūerus qui est
 in tēpore vt sc̄z est mensurā reddēs quantitātē motus: z sic
 tēpus est numerus mensurās motū. Certificat̄ enim primo
 quātitas tēporis ex numero suarū partium z ex substantia
 sua. Et hec certificata certificat quantitātē motus. Et hoc
 est q̄ dicit Aristoteles q̄ tēpus est nūerus minimus. Mini-
 mus aut̄ numerus est duo: dico minimus nūerus numeri nu-
 merati. Minimus enī numerus numeri numerātis est bina-
 rius. Vnde tēpus mensurat motū vel numerat. Eo modo
 quo duo multotiēs accepta explicant diuersas partes nūeri

Nūeri p̄tio.

Nūerus nūe-
rans.

Nūerus nūe-
ratus.
Et est duplex.

T̄ps duplici-
numerat̄.

Declarat quo
pacto t̄ps sit
nūer⁹ nūerās.

4. p̄bi. in text.
com. 108.

Cōp. 1.

Tractatus primus.

Cōp. 2

Unde tps nō multiplicat numerū ultra duo: scz prius z pōsterius. Sed illa multoties accipiuntur fm partes illius motus

Cōp. 3.

in tota q̄titate motus. Et sic patet qualiter tēpus est nūe

Cōp. 4.

rus motus siue mēsurā fm prius z posterius. Ex hoc etiā pa

tet q̄ motus nō pōt esse nūerus tēporis per se sed per acci

dens licet sit causa tēporis. Quia nō est causa intrinseca: sed

efficiēs extrinseca. ¶ Preterea in motu nō est idem manēs

iteratū in substātia: nec manēs inesse eodē. Quia illud quod

est accipere de motu nō est idem pmanens in substantia: sed

nūc quod est accipere de tēpore est pmanens idem in substā

tia. Et est loco vnitatis iterate in numero. ¶ Et sic patet

quid sit tempus qz est p̄ria passio motus. Et quō mēsurat

motū. ¶ Sed nota q̄ nunc duobus modis accipit̄: vt dicit

Aulcēna: scz pro nūc quod est substātia t̄pis de quo nūc iam

dictū est. Et pro nunc signato z illa acceptio p̄rie dicit̄ ad

similitudinē p̄cti in linea existētis. Ponat̄ enī p̄ impossibi

le qd̄ sit p̄ctus fluens p̄ lineā. P̄ctus ille fluxu suo p̄tinuo

facit lineā successiuā que permanentiā nō habet in partibus

que inquā linea substantiā nō habet aliquā nisi substātiā

p̄cti. Sed tamē habet esse alterū secundū q̄ p̄ctus est hic

vel ibi fm longitudinē ante vel post. Et cum illo p̄cto nūc

similitudinē habet quod est substātia tēporis. Et sic nō acci

pitur nūc vt est terminus tēporis. Sed vt est substātia ipsi

us: sed in mathematica lōgitudine est p̄ctus terminās: z cū

illo habet similitudinē nūc scdm q̄ est terminus t̄pis sed nō

terminās actu. Sed in cōparatione ad intellectū vel ad ali

quem motū. ¶ Sed si quis vellet distinguere fm Aulcēnā

Fracti om̄i motu tēpore finitū ad motū h̄c.

In motu non
dat idē itera
tum pmanens
sicut in tpe.

Cōp. 5.
Duplex ē nūc
s. fluēs z signa
tum.

P̄ctū suo flu
xo more ma
thematico li
neā faciēs cu
nūc qd̄ est sub
stātia t̄pis simi
tudinē habet.

diceret. ^{fluens.} Quod nunc quod est substantia temporis dicitur proprie instans ^{una quibus fluxus: alius} quasi non stans. Nunc autem quod est terminus ^{terminus} temporis retinet proprie nomen ipsius nunc. ¶ Et nota quod punctus ad lineam et nunc ad tempus in quibusdam similiter se habent: in quibusdam dissimiliter: In terminando et continuando quodammodo similiter se habent. Sed in essendo (ut ita dicam) siue substantiando non habent se similiter. Quia punctus non facit lineam: neque fluens neque non fluens. Sed nunc fluxu suo facit tempus quod dictum est. Et ideo punctus non est substantia lineae: sed nunc est substantia temporis. ¶ Diximus autem quod nunc et punctus in terminando et continuando quodammodo se similiter habent: quia in linea est accipere duo puncta terminata actu. Sed Avicenna probat quod nunc non est terminus actu in tempore eo quod non est interruptio temporis secundum naturam. Sed secundum intellectum vel comparationem ad aliquem motum terminatum. Similiter punctus continuans est principium et finis lineae. Et idem qui utitur puncto continuante: bis utitur eodem. Et ideo quiescere in tali puncto accidit et hoc verum est: si motus fit super lineam ita quod mobile utatur puncto continuante utetur ipso in ratione finis ad precedentem magnitudinem et ita utitur eo quasi immotum esse quia moveri sine motu non est in fine alicuius magnitudinis: sed in medio ut probatur sexto Physicorum. Si autem utitur ipso in ratione principii tunc utitur eo ut post quod est motus in sequenti magnitudine. Sed quandocumque utitur puncto utitur in eo in nunc: sed bis utitur eo ergo utitur puncto bis in duobus nunc. Sed inter quolibet duo nunc est tempus medium ergo inter nunc

Punctus ad lineam et nunc ad tempus in aliquo similiter se habent: et in aliquo dissimiliter.

Puncto continuo ante ut duobus uti potest: et in eo aliquid quiescit

Tractatus Primus.

In tex. cō. 106
Substātia dī
dupliciter.
1
2
Aliquid i tpe
esse qtuor mo/
dis cōtingit.
1
2
3
4
Aligō esse in
tpe: vt in mēsu
ra dupliciter in-
telligit. 1.
2

quo utitur eodē pūcto vt principio z fine erit tēpus mediū
z in illo erit quies. Et hoc est q̄ dicit Aristoteles q̄rto Phi-
sicozum: q̄ quādo mobile utitur vno pūcto: vt duobus qui-
escere accidit. Est ergo dissimilitudo quia pūctus p̄tinuans
qui est in linea bene accipit̄ bis: vt est principiu z finis. ita q̄
nihil est medium. Sed nūc nunq̄ pōtest accipi vt finis z vt
principiu: nisi cadat tēpus medium. ¶ Et nota q̄ substātia
dicit̄ dupliciter. Vno modo q̄ quid erat esse: z sic nūc nō est
substātia tēporis quia indiuisibile nō est substātia diuisibi-
lis. Alio modo dicit̄ substātia illud quo res est. Et sic bene
aliquod indiuisibile potest esse substātia diuisibilis. Sed tñ
esse diuisibile erit ab aliquo alio: z sic nūc est substātia tēpis:
cuius tñ esse erit a fluxu ipsius p̄teriti in futurū. ¶ Restat
nūc dicere quid sit esse in tēpore z ad hoc sciendū: quattuor
modis dicit̄ aliquid esse in tēpore. Primo sicut in subiecto.
Et sic passiōes tēporis sunt in tpe sicut longū/breue/paucū/
multum. Secūdo modo aliquid est in tēpore sicut id quod
est substātia tēporis sic nūc est in tēpore. Tertio modo
aliquid dicit̄ esse in tēpore sicut terminās in terminato: z sic
nūc signatū est in tēpore. Quarto aliquid est in tēpore sim-
pliciter sicut in numero: et hoc est quod toto tpe vel parte
tēporis mensurat̄. Et hoc cōtingit duobus modis: scz: abso-
lute z per cōparationē. Absolute adhuc duobus: scz per pri-
z posterius: per prius aliquid est in tēpore: vt motus z mo-
bile fm q̄ est in motu: per posterius: vt quies vel quiescens
fm q̄ refertur ad motū. ¶ Per prius esse in tpe adhuc dicit̄
duobus modis: scz in toto tpe mēsurari z pte tēpis mēsurari

Toto tpe mēsurari sicut motus celi. parte tēporis sicut alij motus particulares. ¶ Per cōparationē vero aliquid dicitur esse in tpe tribus modis. Aut enī id quod cōparatur est immobile s̄m esse posse & agere. Sed comparat̄ ad rem mutabilem & mobilē s̄m aliquā durationem excellentē scilicet in ante & post p̄comitative et sic dicit̄ deus est: deus fuit: deus erit. Sensus enī est (vt dicit beatus Hieronymus) deus ē idest deus semp̄ est: deus fuit / idest deus nunq̄ defuit : deus erit / idest nunq̄ decrit. Aut enī quod cōparatur s̄m esse est immobile. Sed sc̄dm posse est motui conūctū & est mobile s̄m vicissitudines & sic angelus est mobilis sc̄dm oēs differēntias tēporis quia potētia angeli vicissitudinat̄ per actus intelligendo diuersa & volendo & hoc quantū ad cognitionem vespertinā: & s̄m hoc dicit beatus Augustinus. Quod deus creaturā spiritalē mouet per tempus. Creaturā vero corporalem per tempus & locū. Aut tertio modo ita est q̄ esse rei totū simul est. Sed habet potentiā ad motū continuū. & hoc dicit̄ ad differentiā motus angeli. Et hoc p̄tingit duobus modis sc̄dm duplicē motū potentie. Est enī motus potentie ad vbi tantū / & ad formā: & primo modo celū est in tpe. Secūdo modo generabilia & corruptibilia sunt in tpe. ¶ Tempus diuidit̄ per differēntias tres. sc̄z presens / preteritū / & futurū. Preteritū est quod fuit & iam nō est. Futurū est quod iam nō est sed erit. Presens est finis preteriti & initium futuri cōtinuata ad instans. ¶ Jam vero est pars tēporis quod est prope presens nunc: vt iam facio. Et est pars preteriti prope presens nunc: vt iam feci. Modo est pars

Esse in tpe p̄ cōparationē tripliciter cōtingit.

2

3

Habere potētia ad primum motū fit dupliciter.

2

Tpis diuisio.
Preteritū.
Futurum.
Presens.
Arist. 4. phi.
ca. 5. tract. 3.
Jam.
Modo.]

Tractatus primus.

Olim.
Repente.

Subito.

Declarat tps
triplici mutati
oni esse attri
butum.

Primo adia
cet mutationi
naturali.

preteriti prope presens nunc: vt modo comedí. Olim autē est quod procul est a presenti nūc: vt olim feci. Repente vero est: quod est in tēpore insensibili propter paruitatem sui. Subito autē: vt dicit Dionysius in mistica theologia est quod preter spem est et ex re nō apparente deductū est ad manifestum. ¶ Ultimo nota quod tempus multipliciter dicitur: aliter enim dicitur tempus scđm quod adiacet motui naturali. Aliter quādo adiacet indivisibili mutationi siue illa sit naturalis: siue supra naturā. Et siue sit in formis spiritualibus siue corporalibus. Tempus em̄ quod adiacet motui est proprietas motus cui accidit: et ideo tota natura et principia depēdent a principijs motus. Motus autē est proprietas mobilis scđm quod mobile: ideo principia principiantur ab ipso. Vnde cū motus in natura sit diuisibilis et sit partim in termino a quo et partim in termino ad quē s̄m hoc quod habet mediū per quod mouetur habet rationē principij et finis. Et ideo motus ipsius est actus imperfectus. Et hoc quod sit actus perfectus habet a termino ad quē. Quod autē sit actus imperfectus habet a termino a quo. Et similiter tēpus quod adiacet ei est cū priorī et posteriori quoz vnū habet a termino a quo scz prius. Et alterū a termino ad quem scz posterius. Et quod de tpe est accipere est nūc fluēs p̄unctū priorī et posteriori. Et illud est tēpus in quo duo nūc se nō p̄tingūt nec p̄sequēter se habent adinuicē. Et hoc tpe mensuratur motus primi mobilis. Et p̄sequens oēs alij motus qui sunt sub motu celi. Quis em̄ motus naturalis sicut dicit Arist. mensuratur per motū celi tanq̄ per simplicissimū sui generis. Et similiter mensuratur per numerū motus

celi tanq̄ per extrinsecū adiacēs ei: quod nō est in eodē genere sicut dicit philosophus. Quod in eodē numero nūerante possunt esse plura numerata. Plures enī res referri possunt ad unū numerū. ¶ Est aut̄ aliud tempus quod adiacet mutationi supra naturā sicut est creatio: que licet nō dicat mutationē in creatore tñ dicit quandā mutationē in creatura. Que mutatio creature nihil aliud est q̄s existētia creature post nihil. Et in hac mutatiōe nō est accipere substantiā vel materiā supra quā fit mutatio. Neq̄s enī est accipere priuationem vel terminū a quo nisi s̄m rationē nō s̄m esse. Cum enī dicit̄ hoc fit ex nihilo per hoc nō ponit̄ materia: sed tm̄ ordo denominat̄ s̄m rationē entis: ad pure non ens: sc̄dm rem nō est ordo entis ad nōens. Et illud tēpus est diuisibile sicut ⁊ ipsa mutatio. Nō enim est in ipsa accipere rationem p̄fecti ⁊ imp̄fecti (nisi s̄m quid) sicut in alio motu. ¶ Et est tertio modo tēpus quod adiacet motui anime. Cuius motus est vt dicit Auerrois actus p̄fectus: Et hoc maxime est quando anima mouet̄ de peccato ad gratiam in quo motu nihil est de interceptione mediij a quo causaret̄ fluxus t̄pis. Anima enī semp̄ est sub grā vel peccato. Sicut est de alteratiōe albi in nigrū vbi est interceptio mediij coloris. Et siliter hoc tēpus quod adiacet motui anime adiacet motui angeli s̄m q̄ dicimus angeli mouent̄ in tēpore ⁊ intelligūt t̄pe s̄m cursum angelice intelligētie sup̄ res intelligibiles in cognitione vespertina. ¶ Dico autem secundū cognitionē vespertinā: q̄ s̄m cognitionē matutinā attingūt eternitatē. Et istum motum tam anime q̄s angeli mensurat nūc vicissitudinatū.

Secūdo mutati-
oni supra naturā.

De creatione

Tertio tēpus
aliq̄s motui
aie adiectū est

De cognitiōe
angeloz ⁊ ve-
spertina ac ma-
tutina videat̄
Bona. li. 2. di.
4. atq̄ alij do-
ctores ibidē.

Tractatus primus

Secundū q̄ anima vel angelus mouetur de vno intellectu in alium: et de vna voluntate in aliam. Et quilibet actus eius est perfectus. Et hoc est q̄ dicit beatus Augustinus: deus autē creaturam corporalē mouet per tempus et locū. Creaturam vero spiritalē per tempus tantū. In hoc tempore nō est incōueniens quod nūc sit cōsequens ad nunc sine medio tempore. ¶ Et nota q̄ tempus est plus causa corruptionis q̄ generationis: vt dicit philosophus quarto Phisicorum propter mutationē quam mēsurat que facit distare a principio. Quod enim antiquat̄ et senescit prope interitū est. Et hec de tempore sufficiant.

In tex. cō. 128

Particula Tertia de his que ad rationem eternitatis pertinent.

A Quia dictum est de tēpore quod sit temporalium mēsurā. Dicendū nūc est de eternitate: que est mēsurā eterno- rum. Et de euo quod est mēsurā euerno- rum. ¶ Quedā enī sunt vt dicit̄ in libro de causis: quoz substātie et actio sunt in tēpore: sicut natura infima cuius esse est per generati- onem. Quedam vero sunt quoz substātia et actio sunt supra tempus: vt natura suprema: vt deus pater filius spiritus san- ctus. Quedam enī sunt quoz substātia est extra tēpus. Sed actio in tpe sicut natura media: cuius esse est per creationē. Quartū vero membrū stare non pōtest. Sic enī esset actio alicuius rei prius q̄ substātia qd̄ est impossibile. Item ille tres mēsure capiunt̄ in cōparatione ad durationē. ¶ Est enim quedā duratio habēs principiū et finem sicut tēpus et motus. Et est quedā duratio nō habēs principiū neq; finē

Substātie a-
gentes tripli-
ces sunt. 1

2

3

Triplex est re-
rum duratio.

sicut eternitas. Et est quedam duratio habēs principiū: sed
 nō finem vt euum. Quartum membrū iterū stare nō potest
 scz q̄ aliquid esset habēs finem z nō principiū. Omne enim
 quod habet finem habet principiū z nō ecōuerso. ¶ Eterni-
 tas a Boetio in libro de cōsolatione philosophie sic diffiniē
 Est interminabilis vite tota simul idest nō distans z pfecta
 possessio. Que diffinitio sic declarari potest: possessio est no-
 men cōmune omni mēsure: oīs enī mēsurā possidetur ab eo
 enius est per se tanq̄s propria passio eius: per hoc q̄ uicit in-
 terminabilis vite tāgit subiectū ipsius eternitatis deū eter-
 num non habentē principiū neq̄s finem. Quod tamē subie-
 ctum nō est aliud ab eternitate nisi secundū rationē. Et po-
 tius dicit vite q̄s esse per hoc inuēs differentiā ab illis que
 sunt in eternitate penali nō habentia vitam beatam neq̄s io-
 eundam. Vita enim licet absolute pro qualibet vita accipia-
 tur tamē hic per cōparationē sumitur pro vita beata atq̄s
 iucūda. Tota simul dicit ad differentiā t̄pis quod non totū
 simul est. Sed pars preterita preterit z pars futura nō est.
 Et nō ponitur ibi simul pro simultate partū. Sed dicit̄ si-
 mul idest nō distans: perfecta dicit ad differentiā cui quod
 nō est oīno simplex sicut nec illud cuius est mēsurā: perfectū
 ibi enī pro simplici ponitur. Et notandū q̄ eternitas analo-
 gice siue per prius z posterius dicit̄ de creatore z creaturis.
 Tres enī sunt cōditiones eternitatis pprie dicte scz simplex
 inuariabile z interminabile sedm q̄ interminabile nō solum
 dicit priuationē finis sed etiam principij, et sic soli creatori
 cōuenit eternitas: alle enī solus est simplex inuariabilis z in-

Eternitas.
lib. 5. prosa. 6.

Declaratō dif-
finitionis.

Tres sunt cō-
ditiones eter-
nitatis.

Tractatus primus.

terminabilis. ¶ Sed quedā creature rationē interminabilis suo modo participāt: Sicut anime angeli z quedam corpa glorificata post resurrectionē participāt rōnem interminabilitatis. ppter carentiam finis sed nō principij. Et ob hoc aie beate z angeli post resurrectionē dicuntur eterna: z sunt in eternitate. Eterna ppter interminabilitatē in eternitate ppter inuariabilitatē. ¶ Itē quedā creature participāt eternitatē ppter rationē interminabilitatis z propter carentiā finis. sicut pene infernales dicuntur eterne. Sed nō in eternitate sunt qz nō participāt rationē inuariabilitatis. Sed variant z augmentant de tpe in tēpus: inuariabilitas enī dicit bene esse. Sed hec cōditio q̄ est simplicitas simpliciter in nulla creatura reperit̄. ¶ Item eternitas dicit excellentē mensurā quantū ad utrūqz terminū scz tam principij q̄ finis. Et sic quedam creature quo ad durationē sunt generabilia z corruptibilia z excludunt̄ ab eternitate: sed nō sunt eterna/neqz in eternitate. Quedā vero eterna sūt z in eternitate pprie dicta sunt sicut deus. Quedā improprie z illorū quedā sunt eterna et in eternitate per participationē: vt angeli z anime beate. Quedā sunt eterna p participationē: sed nō sunt in eternitate sicut pene infernales. Quedam nec eterna: nec in eternitate sunt. Sed excludunt̄ ab eternitate vt generabilia z corruptibilia. Quartū membrū stare nō potest: qd aliqua sunt in eternitate p participationē: sed nō eterna. Omne enim inuariabile caret fine sed nō cōuertitur. ¶ Sequit̄ de nūc eternitate de quo dicit Boe. in libro de eternitate. Qz nūc est stans z nō mouēs se semp facit eternū

Nūc eternitatis.

tatem. Quod melius intelligitur facta cōparatione ad nunc tēpōris
 imaginē itaq; linea. a. c. et sit. b. punctus et ipm. b. moueat in
 ista linea ab. a in c distinguēs prius a. a posteriori c. Primā
 partē scz a dicimus ptransitam/posteriorē vero ptranscun/
 dam. Similiter intellige per. a. c. totū tēpus. per b ipsum nunc
 tēpōris quod ptime mouet ab a in c. Et qd ptransitum est di/
 cimus pteritū. Quod vero ptranscundū dicimus futurū
 Et sicut in linea. a. c. ipm b. mouēs semp subtrahit a posteri/
 ori et addit priori: sic ipm nūc semp subtrahit futuro et addit
 pterito. Et similiter si b. pūctus staret in linea et nō mouer/
 retur: tūc nō esset prius et posterius in linea: Sic etiā si nunc
 tēpōris a principio stetisset tēpōris: tūc neq; pteritū neq; fu/
 turum esset. Cum aut nunc tēpōris imaginat q; stetisset ab
 eterno iam omnino in ista eternitate neq; esset pteritum
 futurū Sed totum esset simul et presens. Et ita est in eter/
 nitate sed nō in tēpore. Tota enī eternitas est idem quod
 nūc indiuisibile. ¶ Sed iam videtur summe mirabile: quod
 ipsum nunc eternitatis cum sit quoddam indiuisibile exten/
 dit se ad totum tempus totum capiēs et infinitum tempus.
 Item totum tempus capit et tamē in quolibet stat instanti
 tempōris. Exemplum autem huius est: vt anima est in toto
 corpore et tamē tota in qualibet parte. Item anima et si sim/
 plex sit partem et partem non habens sicut corpus: tamen
 per corpus totum se extendit. ¶ Sed adhuc est quoddam
 mirabile in nunc eternitatis. Quod est indiuisibile. Et con/
 tinet tempus quod est diuisibile in infinitum et quod habet
 partes pōres et posteriores. Exemplū ad hoc intelligēdū est

Demōstratio

Declarat qua
 dā similitudine
 quō nūc eter/
 nitatis indiuisi/
 bile posset se
 ad tēpōs ifinitū
 extēdere.

Declarat quō
 nūc indiuisibile
 eternitatis pti/
 neat tēpus di/
 uisibile.

Tractatus Primus.

tale dicit enim beatus Augustinus. Quod in eodem instanti est radius solis in oriente et occidente. Subito totum nostrum illuminans hemispherium. Hoc igitur contingit reperire quod in unico nunc temporis est prius et posterius in infinitum. Quoniam naturaliter et si non secundum tempus: prius autem illuminat pars propinquior: vel propinquissima aeris: quam illa que est remotior. Et prius illa remotior quam remotissima et si attingit in infinitum partes inuenire. Ex predictis patet quid sit dicere: deus est / deus fuit / deus erit. Est enim sensus: deus est / id est deus est in nunc eternitatis: cui coexistit presens preteritum et futurum tempus. Patet etiam solutio cuiusdam questionis qua probatur. Quicquid deus scit nunquam sciet eius contradictorie oppositum: in eodem enim nunc tempore est impossibile aliquem scire duo contradictoria opposita sicut sortem sedere: sortem non sedere. Sed nunc eternitatis in infinitum est simplicius quam nunc temporis. Ergo cum deus sciat in nunc eternitatis quicquid sciet: nunquam sciet duo opposita contradictoria quod est falsum. Scit enim me esse dum sum. Et scit me non esse dum non sum. Et sic patet responsio quoniam nunc est cum qualibet parte temporis.

Particula quarta et vltima.

de Euo circa hoc duas mouens opiniones.

Euum.

Opinio. 1.

Sequitur de euo quod potest sic diffiniri. Euum est mensura habentium principium sed non finem. Et nota quod quidam dicunt quod sicut tempus est in vno subiecto ut in motu primi mobilis. Quo motu mensurantur omnes motus inferiores tanquam sui generis minimo et simplicissimo. Et per consequens mensurantur

mensura motus primi mobilis: sic eum est in vno euiterno simplicissimo quo oīa alia euiterna mesurant. Alij dicūt q̄ nō: quia quodlibet euiternum habet suum eum. Nullum enī euiternū est causa alioꝝ sicut motus primi mobilis est causa omniū alioꝝ motum. Ex predictis colligi potest. Quod angelus quantū ad substantiā est in euo. Quantū autem ad agere: sicut est cognoscere cognitione vespertina est in tempore. Quantū autē ad bene agere: sicut ad cōtemplari et frui est in eternitate. Et hec de prima parte huius compilationis magni Alberti sufficiunt dicta.

2. opinio.

Cōꝝ

Tractatus Secundus summe

philosophie naturalis Alberti magni libris de celo et mūdo correspondens. Cuius septem sunt capitula. Primum est de mundi vnitae.



Dicitur dictū est de corpore mobili scōm se dicēdum est cōsequenter de corpore mobili cōtracto ad vbi. Et primo de ingenerabili et incorruptibili quod est celum. Unde dicit Aristoteles primo phisicorum. Ex vniuersalibus ad singularia oportet peruenire. Unde pueri primo appellant oēs viros patres: et oēs feminas matres: posterius autē determinant horū vniūquodq̄. Et primo igitur ostendendū est q̄ vnus est mundus corpalis et nō plures. Secūdo q̄ celum sit finitū. Tertio q̄ omnia corpora sunt in celo et extra celum nullum. Quarto q̄ celum nec est elementū nec elementatū. Quinto de nobilitate celi respectu inferiorum corporum. Sexto de

Cōtinuatio

In tex. Cō. 5.

Proponit dicenda.

Tractatus secundus.

Plures eē mo-
dos corpales
nō est possibi-
le. i. celi trac. 3

motu celi. Septimo de numero celoz. ¶ Q^u autē unus mū⁴
dus sit corporalis ⁊ nō plures. Aristotiles sic probat: ponā-
mus q^{uod} duo sunt mundi aut ille alius mūdus similis erit natu-
re huic mūdo in rebus tantū aut in nomine tantū. Si in
rebus aut ista terra similis erit illi terre ⁊ ecōuerso: ⁊ illa est
similis erit isti aque ⁊ sic de alijs. Sed que sunt eiusdē natu-
re tendunt ad eundē locum ergo illa terra ⁊ illa terra habe-
bunt eundem locum ⁊ illa aqua cum ista aqua. ⁊c. Sed que-
cumq^{ue} res tendūt ad eundem locum sunt res eiusdem mūdi
ergo tantū unus mundus est corporalis ⁊ nō alius. ¶ Si di-
catur q^{uod} iste modus est huic similis nomine tm̄ sed nō rebus
ergo cū nō sint alie res q̄ res huius mundi nō erit ille mun-
dus realis ⁊ corporalis sed tantū spiritalis siue intellectua-
lis siue architypos de quo non est dubium quin sit.

Capitulū Secundum: celum finitum et terminatum esse ostendens.

Anteq^{uam} probemus q^{uod} celum sit finitum. Primo nota q^{uod}
sicut dicit Aristo. iij. Phisi. Infinitū multis modis dicitur.
¶ Uno modo dicitur infinitum q^{uod} sit impossibile pertransiri
ex eo q^{uod} nō est aptum natū pertransiri vt est vox inuisibilis.
Et sic dicitur infinitū negative quasi nō finitū siue nō ter-
minatum: ⁊ sic deus dicit^{ur} esse infinitus. Secūdo modo dicit^{ur}
esse infinitū habēs trāsitum imperfectū quod q̄uis sit
aptum natū habere transitū perfectū tamē nō habet sicut
si quis pertrāsit spaciū nō tamē cōpleuit ad finem: ⁊ sic dicit^{ur}
infinitū priuatiue. Et his duobus modis aliquid est in-
finitum actu. Tertio ad quid dicit^{ur} esse infinitū sm̄ opposi-

Acceptōes in
finiti. 3. Phis.
text. com. 34.

1

2

3

onem sicut in quātitate discreta. Quarto dicitur aliquid esse infinitū sicut in quātitate continua. Quinto aliquid dicitur infinitū utroque modo sicut tēpus. Et his tribus ultimis modis nihil dicitur esse infinitū actu sed tū in potentia. Et sicut hoc infinitū sic diffinitur in eodē tertio philosophico. Infinitū est cuius partē vel quantitātē accipientibus semper est aliquid sumere extra. ¶ Restat nunc probare quod celum non sit infinitū actu. Primo probemus generaliter quod nullum corpus sit infinitū actu sic. Omne corpus habet superficiem et omnis superficies est terminus/ergo omne corpus est terminatum. et omne terminatum est finitū/ergo omne corpus est finitū. Exinde potest sic inferri. Celū est corpus/ergo celū est finitū. ¶ Specialiter probemus celū esse finitū/Supponamus ergo quod inferius probatur quod omne corpus est in celo et nullū extra celū. Unde arguitur inter omnia corpora mobilis corpus est celum. Est enim ingenerabile et corruptibile virtutē habens actiuam respectu inferiorum. Omne autem agens nobilius est patiente sicut Aristoteles. Sed corpori nobiliori nobilior debet forma ergo celo debet nobilior forma / sed forma spherica semper est nobilior omnibus alijs formis siue figuris corporalibus propter suam capacitātē interminabilitatē. Non habet enim principium neque finem vna superficie contenta. Est enim spherica figura plana vna superficie contenta ergo forma siue spherica figura debet celo: ergo celū est sphericū siue rotundū/ergo nos videmus quod quā luna est semiplena quod est arcualis. Illa autem figura non est nisi a circulo. Circulus enim solus est in corpore rotundo ergo luna est rotunda. Eadē ratione sol et omnia alia corpora super celestia sunt

4

5

Diffi. infiniti.
3. Phil. text.
com. 62.

Nullū eē corpus actu infinito: probat in celi trac. 1. Et 3. phil. trac. 2.

Probat specialiter celū esse finitū supposito prius aliquibus.

Tractatus secundus.

Rotunda ergo celum est rotundū. Exinde procedit ulterius sic q̄ corpus rotundū siue sphericum est in cuius medio intelligitur punctus a quo oēs linee ducte ad circūferentiā sunt equales ergo celum habet medium et omne mediū habet extrema: sed quod habet extrema est terminatū siue finitum ergo celū est terminatū seu finitum. ¶ Item celum probatur esse finitū in cōparatione ad motū et ad mensurā ipsius motus que est tēpus. Omne quod mouet̄ in certo tpe totaliter hoc finitū est: sed celum mouet̄ totaliter in certo tēpoze et finito quia in vno die naturali ergo celum est finitum.

Alia ratio probans celi finitū.

Motus infinitus nō mensuratur tpe finito

Motus finitus nō mensuratur tpe infinito

¶ Quod autē motus infinitus nō potest mensurari tpe finito sic declarat̄ sit illud tēpus. a. b. c. d. et diuidit̄ in quatuor partes vna pars teporis mēsurabit vnam partē et alia aliam. et c. Motus autē cum sit infinitus nondū totaliter mensuratus est a tēpoze finito ergo motus infinitus nō mensuratur tpe finito. ¶ Eodem modo demonstrat̄ q̄ motus finitus non mensuratur tēpoze infinito diuidēdo motū in quatuor partes pportionales. Debēt enī esse pportionalia motus et tempus sicut subiectū et propria passio ipsius: ita q̄ neutrum excedit reliquū: et sic patet si tēpus mensurans motū est finitum et motus erit finitus. Et si motus est finitus et corpus quod mouetur erit finitū. Constat ergo celū esse finitū.

Capitulum Tertium de eo

q̄ omnia corpora celo contineantur.

¶ Modo probare debemus q̄ omnia corpora sunt in celo: et nullū extra. Et primo probabimus q̄ nullū corpus sit extra celū naturaliter. Secūdo q̄ nō accidēt aliter nec violenter.

Quod nullum corpus sit extra celum naturaliter: probatur sic. Tria sunt genera corporū: scilicet: celum / elementum / et elementatum. Quod celum non sit extra celum: probatur quia nihil est extra seipsum: ergo celum non est extra celum. Similiter quod elementū non est extra celum patet: quia inter omnia elementa inferius est terra supra quam aqua: super quam aer / supra quem ignis / ergo eadem proportione ignis est super aerem. Cum ergo omnia elementa sunt sub igne: et ignis sub celo: constat quod nullū elementū extra celum est naturaliter. Item graua naturaliter tendunt deorsum ad centrū. Leuia sursum ad circūferentiam que est celum et non ultra: ergo nullum elementū est extra celum naturaliter. ¶ Similiter patet quod nullum elementatū naturaliter est extra celū. Omne elementatū constat ex elementis sed nullū elementū est extra celum ut probatū est: ergo nullū elementatū est extra celum naturaliter / et sic patet quod nullū corpus est extra celum naturaliter. ¶ Secūdo patet quod nullū corpus sit extra celū accidentaliter siue violēter. In quocunq; enim loco aliquod corpus est naturaliter in eodē est possibile esse accidentaliter siue violente: ut terra naturaliter est deorsum: ignis accidentaliter vel violenter. Similiter elementū ignis naturaliter est sursum et terra violēter. Et ubi non est possibile esse aliqđ corpus naturaliter: impossibile est ibi esse aliud corpus violenter sed extra celū nullū corpus est naturaliter: ut probatū est: ergo ibi non est violente. Sic patet quod nullū corpus sit extra celum. Hoc est quod dicit Damascenus. Celum est cōtinentia visibilium et inuisibilium creaturarū.

Nullū corp⁹ est extra celū naturaliter.

Celū nō extra celum.

Extra celū nō est elementū.

4. Phis. text. com. 45.

Nullū elementatū est extra celum.

Nullū corp⁹ esse extra celum violēte pbat.

Tractatus secundus.

Capitulum quartum: celū nō

esse de natura elementoz neq; ex elementis compositum manifestans.

Celum nō est elementū.

Iam debemus ostendere q; celū nec sit elementū nec elementatum. Quod celū nō sit elementū patet quia de proprietate ois elementis est habere contrarietate in se et agere in suū contrarium si iungit ei corrupendo ipm si vincit et generādo in materia suam speciem. Si ergo celū esset elementū cum oia elementa habent se ad celū sicut punctus ad totā terrā omnia iam dudū corrupisset: et oia essent celum quod nō videmus.

Celum nō est elementatū.

Eodem modo pbatur q; celū non sit elementatū. Omne enī elementatū minus est elementis ex quibus cōponitur: sed celum est maius omnibus elementis: ergo nō est elementatū.

Ite silitur sic patet q; celū neq; est elementū neq; elementatū. Quod enī elementū vel elementatū habet motū rectū hoc ē deorsū ad mediū vel sursum a medio sed celū nō habet motū rectū sed circularē: ergo nec est elementū neq; elementatū.

Obiectionis solutio.

Si dicat q; motus rectus est ei naturalis. circularis vero accidētalis. Sed contra motus accidētalis intenditur et remittit. si ergo motus circularis esset ei accidētalis intenditur et remitteret: hoc aut nō videmus esse ergo motus celi nō est accidētalis: motus aut celi semper est vniformis.

Cōz 1.
2. celi. tract. 2.

Ex predictis patet q; celū nō est generatū. Omne enī qd generat a principio cōtrario vel a principiis p̄trariis generatur: vt dicit Aristoteles de celo et mūdo. Plato tñ dicit in thīmeo q; celū sit generatū sed intelligit id est habēs principium et causam sui esse. **E**x p̄dictis patet q; celū nō calefcit

Cōz 2.

neq̄ frigescit q̄ nō est elementū neq̄ elementatū quia iste
 pprietates sunt elemētōꝝ sc̄z humidū calidū frigidū ⁊ siccū
 Et cū nō accipiat celū huiusmodi impressiones p̄stat q̄ iam
 nō est magis vetus q̄ fuit a principio sue creationis. ¶ Et
 etiā p̄stat q̄uis ex aggregatiōe luminis qd̄ a sole puenit ad
 nos sentiamus calorē tamē corpa supercelestia nō sunt cali-
 da sed dicunt̄ calida vt sol. Frigida vt saturnus. Humida vt
 luna per effectū suū. Agūt em̄ corpora superiora in inferio-
 ra ⁊ nō ecōuerso. Quod patet. videmus enim qm̄ luna habet
 plenitudinē sui luminis tūc mare crescit et in decemēto lu-
 ne mare decrescit. Unde patet q̄ luna est causa ⁊ mater hu-
 miditatis. Propterea dicit Aristoteles in libro de pprieta-
 tibus elemētōꝝ q̄ quando oēs planete fuerunt coadunati
 in signo pisciū factum est diluuiū. Cum aut̄ coadunati fue-
 runt in signo geminoꝝ facta est magna mortalitas. ¶ Itē
 patet ex predictis q̄ celum nō est coloratū quia color causa-
 tur ex qualitatibus elemētōꝝ.

Cōꝝ. 3.

Cōꝝ. 4.

Capitulū Quintum: de celi ⁊ superiorum corporum nobilitate.

Nobilitas celi ⁊ corporū superiorū celestiuū respectu infe-
 riorum patet ex eleuatiōe sua sup̄ oīa corpa inferiora. Quā-
 tō enim corpus est nobilius tanto altior debetur ei locus.
 ¶ Item nobilitas corporum superiorū patet ex figura siue
 forma ipsoꝝ que est rotūditas. Rotūditas enim nobilior est
 oībus alijs figuris. sicut dicit Aristoteles de celo ⁊ mūdo q̄
 patet ex eo quia omnes alie figure habēt terminos. Rotū-
 da autē figura habet formam circularē. Et circulus nō ha-

Mobilitas ce-
 li ratiōe situs
 figure ⁊ impas-
 sibilitatis di-
 noscitur.

Tractatus secundus.

ca. 3. huius tr. 2. **Cōz.** bet principium neque finem: sed in se est terminatus. Quod autem omnia corpora superiora sunt rotunda ostensum est supra. Ex hoc patet quod celum sit rotundum et omnia corpora inferiora sunt rotunda et ob hoc sunt finita. Omne enim rotundum habet medium et omne medium habet extrema et quod habet extremum est finitum. Quod autem omnia corpora inferiora sunt rotunda manifestum est. Ignis enim cum continetur a celo quod est rotundum habet figuram rotundam: ut dicitur in secundo de celo et mundo et ob hoc finitus est. Et cum aer continetur ab igne rotundus est rotundus et ob hoc finitus. Similiter de alijs. Nota quod terra est discooperta aquis quia deus voluit cohabitare homines in ea. Item notabilitas corporum superiorum patet ex impassibilitate eorum: sunt enim ingenerabilia et incorruptibilia et impassibilia: virtutem tantum activam respectu inferiorum habentia.

Capitulum Sextum de Celi motu.

Quia celum est nobilius corporibus inferioribus omnibus propter hoc debet ei motus nobilior: scilicet circularis et firmaturam perpetuus ab omni pena et fatigatione alienus.

Motus celi esse perpetuum ostendit. Quod autem motus celi sit perpetuus patet ex eo quia principium movens ipsum non potest separari ab eo. Illud enim principium vel est intra vel extra. Si extra tunc motus celi esset accidentalis siue violentus sed omne accidentale siue violentum transit velociter: ut dicit Aristoteles in libro de celo et mundo. Si ergo motus celi esset accidentalis siue violentus iam dudum pertransisset. Restat ergo quod illud principium est intra. Omne autem quod est intra aliud non potest remoueri ab eo.

nisi per passionem vel per aliquā contrarietate. Sed celum est impassibile nō habens contrarietate aliquam: ergo illud principium nō remouebit ab eo: ergo motus celi dicitur perpetuus.

¶ Item quod motus celi sit perpetuus siue circularis secundum naturam patet ex eo quod nō habet aliquā intensiōem nec remissionem aliquam sed semper est uniformis nec magis nec minus intendit ad acquirendū illud ubi vel illud. ¶ Preterea motus celi non tendit ad aliquam formam vel finem acquirendum quo acquisito quiescat ergo est perpetuus secundum naturā.

¶ Ex predictis autem patet quod motus celi nō est naturalis nec violentus patet ex eo quia omnis talis motus est motus relictus. Ponamus ergo quod corpus naturaliter siue violenter moueat per aliquā lineam siue spacium finitū. Omne enim spacium est finitū. Illud autem corpus quando pertransit id spacium cum sit finitū aut ergo stabit aut nō. Si stabit ergo quiescit in puncto ergo motus ille nō est perpetuus. Si vero nō stabit ergo redibit quia ulterius nō est procedere: aut igitur redibit in eodem tempore aut in alio. Si in eodem tempore ergo simul in eodem tempore ibit et redibit: ergo duo opposita essent simul in eodem quod est impossibile. Si in alio ergo quies est in medio illoꝝ tempoz. Igitur cessabit ille motus ergo non est perpetuus. Sed probatum est quod motus celi est perpetuus secundum naturā igitur non erit naturalis nec violentus.

Item talis motus intenditur et remittitur: sed motus celi non intenditur nec remittitur: ergo motus celi nō est naturalis. Item Avicenna probat quod motus celi nō est naturalis. Quia talis motus naturalis est ab aliquo in aliquid et semper intendit

2

3

Cōꝝ: motus celi
nec est natura
lis nec violētus

Proba. 1.

Proba. 2.

Proba. 3.

Tractatus secundus.

Proba. 4.

2. celi trac. 2.

Proba. 4.

Motus celi
nō est animalis.

aliquid acquirere quo acquisito quiescit illud mobile. Motus autem celi nō acquirit aliquid in quo quiescit ergo non est naturalis. ¶ Item alia ratione probatur q̄ motus celi nō sit naturalis: quia ea que mōuētur naturaliter sunt eiusdem speciei et eiusdem nature/mouent̄ versus eandem partem ut omnia graua tendūt ad centrū et omnia leuia ad superiora ascendunt ergo cum celum sit eiusdē speciei et eiusdē nature si motus eius esset naturalis mouerēt̄ versus eandē partem et nulla esset diuisio vel diuersificatio. Sed probatū est in astrologia q̄ Aristoteles dicit in libro de celo et mūdo q̄ octaua sphaera mouet̄ de oriēte in occidēs: et alie sphaere septē mouentur cōtra incessum primi mobilis: ergo nō mouent̄ versus eandē partē: ergo motus celi nō est naturalis. ¶ Item alia ratione potest probari q̄ motus celi nō est naturalis: qz motus celi principiū est nature. i. rerum naturalium qz mediante motu illo oēs res naturales generant̄ et corrūpuntur et alterant̄. Illud autē quod est causa alicuius fortius et nobilior est eo cuius est causa et cū motus celi sit principiū rerum naturalium nō est subiectus nature. ergo nō est naturalis sed est super naturā. ¶ Quod autē motus celi nō est violentus probatum est supra. Omne enim violentum velociter transit. ¶ Similiter ostensum est q̄ nō est animalis: qz Aristoteles dicit q̄ motus animalis nō est sine pena nec sine labore: nec sine terminatione. Motus autē celi est sine labore et sine pena ergo motus celi nō est animalis. Item talis motus intendit̄ in medio: motus autē celi nō intendit̄ in medio: ergo motus celi nō est animalis. ¶ Preter hos autē motus oportet po-

vere alium motū celi scz circularē : vt dicit Aristoteles in de celo z mundo. De quo dicit Auicēna q̄ nō est simpliciter animalis: sed per similitudinē quia sicut anima humana mouet corpus humanū z corpus obedit ei. Ita angeli in eo q̄ cog' noscunt z vidēt suū creatorē ex leticia z ex desiderio mouēt illas speras: ita q̄ prima spera que est maxima spera ex tali desiderio mouetur primo ordine. Vnde appellat motū istū desiderij. Et secūda spera mouetur a secūdo ordine: z sic de alijs per ordinem. Vnde ipse dicit angeli sunt quasi anime nō tñ simpliciter sunt sed methaphorice. Et ideo motus ille celestis dicit̄ q̄si animalis: nō tñ simpliciter est animalis.

Ostendit quo
motu celū mo
ueatur.

Capitulū Septimū de sperarum celestium numero.

Nota q̄ octo distinguunt̄ spere celestes. Quarū prima est in qua stelle sunt fixe innumerabiles: vt dicit Aristoteles. Secūda spera est Saturni: in qua solūmodo est Saturnus. Tertia Jouis. Quarta Martis. Quinta Solis. Sexta Venis. Septima Mercurij. Octaua Lune. versus. Octo sunt spere poteris quas sic retinere. Celū stellatū Saturnus Iupiter z Mars. Sol Venus has sequitur Mercurius vltima Luna. Sub luna vero non sunt nisi res corruptibiles sicut ignis: aer z alia corruptibilia sic dicit Macrobius. Ptolomeus aut̄ assignat alias sup istas in qua sunt angeli z res spirituales z incorruptibiles et ista est imobilis: huic tñ Aristoteles nō videtur cōsonare. ¶ Theologi septē speras siue celos assignant: scilicet aereum/etherū/igneum/sideriū/cristallinū/olimpū/empirreū siue trinitatis. Quaz numerus sic potest

De nūero sperarū diuersitas ē apud P̄hos Astrologos z Theologos: Videat Bon. in dist. 2. li. 2.

De hac re Theo: in dist. 14. lib. 2.

Tractatus secundus.

Sufficiētia.

capi. Omne celū vel nominat rem creatā aut increatam. Si increatā sic est celū trinitatis empirreū. Si creatam vel nominat rem corporalē vel incorporalē. Si corporalē hoc est dupliciter vel quantū ad extrema vel quantū ad media. Si quantū ad extrema sic est celū igneum et aereū. Si quantū ad media sic est celum ethereū. Si vero nominat rem creatam incorporalē hoc iterū est dupliciter vel quantū ad extrema vel quantū ad media. Si quantū ad extrema sic est celum syderium et empirreū. Si quantū ad mediū sic est cri-

De motu spherarum.

Sphere planetarum duplici motu mouentur.

stallinum. ¶ Et nota q̄ motus octaue sere dicitur vniformis. Motus autē spherarū inferiorū et planetarū est duplex: scilicet tropicus siue diuturnus et est reuolutio primi mobilis siue motus proprius. Motus tropicus dicitur p̄uersus. Unde oēs planete dicuntur tropici in astronomia quia retrograduntur a motu primi mobilis quia motus talis cū desiderio tāto est q̄ oēs alias sere secum reuoluit. Motus autē qui dicitur reuolutio in contrariū primi mobilis est motus proprius et naturalis planetarū.

Cur sere planetarū contra motū p̄mi mobilis moueantur assignat.

¶ Quare autē sere planetarū mouentur contra incessum primi mobilis: vt dictus est supra: aduectis diuerse rationes assignantur. Aliqui dicunt q̄ hoc fit ad retardandū motū p̄mi mobilis: nisi cui motus ille (vt dicunt) nō retarderetur p̄pter nimiam sui velocitatē: totum firmamentum frangeretur inferius: vel iam dudum esset fractū.

2

¶ Alij autē (vt Aristoteles) dicunt q̄ hoc fit propter hoīes et alia super terrā cristētia: quia si motus primi mobilis qui est cum desiderio nō haberet aliquā retardationē non posset aliquid crescere super terrā: nec homines possent viuere.

Tractatus Tertius.

an oia et ex quibus
algebra

qua ex legibus
legumum paxi gponit

est principium sicut litere dicuntur elementa vocis significantive
 ad placitum etc. Dicitur etiam elementum secundum specialiozem
 intellectum principium cuiuslibet corporis sensibilis et mixti.
 Et secundum hoc diffinitur quinto metha. elementum sic. Elementum
 est ex quo res componitur primo et est in eodem et non dividit
 secundum formam. id est speciem et aliam formam. Verbi gratia: ut in
 mixto est aqua: cuius quilibet pars aque est aqua et similiter
 de alijs elementis. ¶ Et secundum hoc quatuor distinguuntur elemēta
 scilicet ignis/aer/aqua/terra/que omnia in materia conveni
 unt. Sed non secundum formas scilicet frigidum/calidum/humidum/siccum
 ideo dicuntur contraria ratione suarum formarum. Unde
 substantie nihil est contrarium secundum naturam sed secundum formam
 est aliquid substantie contrarium.

Diff. Elemēti
q̄ habet. 5. me
tha. ca. 3.

Cōtr

Capitulū Secundum ponens

opinionēs antiquorū circa numerū elementorū.

O Elemētis vero diverse sunt philosophorū opinioniones.
 Quidam ponebant plura elemēta: quidam unum tantū. In
 ter eos qui ponebant plura adhuc fuit diversitas. ¶ Empe
 docles enim et Aristoteles ponebant quatuor elementa que
 dicta sunt. Attamen Empedocles nihil certum dixit de hoc
 ponebat enim illa quatuor elemēta principia materialia omnium
 corporū. Et ponebat duo principia formalia: scilicet litem et ami
 citiam. Et dicebat quando qualitates iste ac differentie scilicet
 calidum/frigidum/humidum/et siccum separabantur ab eis con
 glutinabantur in massam unam propter amicitiam. Postea qua
 litatibus vero et differentiis advenientibus separabantur pro
 pter litem. Et hoc contingebat post magnum annum puta post

primū opinionione
 in natura circa un
 duntaxat et dunt
 axat pūte scdm
 pūpalis opi
 nia opinio.
 Has opinōes
 antiquorū de nu
 mero elemen
 torū Aristo. 1.
 de gen. recitat
 atq; reprobat
 ca. 1. et 2.

Decem milia annorum: vel scdm alios post triginta sex anno-
rum milia. Ex dictis itaq; Empedoclis nesciebat/ utrum ele-
menta essent principia illius masse: vel an massa foret elemē-
torum principium. ¶ Democritus & Leucippus ponebant
corpora indiuisibilia esse principia omnium corporum. Unde &
ea atomos vocabant que etiam esse dicebant infinita. Et
istam positionem sic probabant. Possibile est corpus diuidi
in infinitum. Ponatur igitur aliquod corpus quod potest
diuidi in infinitum: aut ergo remanet aliquid: aut nihil. Si
nihil ergo aliquod corpus constabit ex nihilo quod est im-
possibile. Si vero remanet aliquid aut est corpus vel nō cor-
pus. Si non corpus tunc aliquod corpus constabit ex non
corporibus: quod iterum est impossibile. Si aut est corpus
aut est diuisibile vel nō diuisibile. Si est diuisibile hoc est cō-
tra prius positum: dictū enim fuit quod diuideret in infini-
tum quousq; diuidi ulterius non potest. Si enim est indiu-
sibile habet propositum/ scilicet q; corpora indiuisibilia sunt
principia omnium corporum. Huic autē probationi. Aristotē-
tiles dicit respondendo. Q; corpus est diuisibile in infinitū
potentia nō tamē actu. Sed ipsi intellexerūt corpus esse di-
uisibile in infinitū actu. I. diuisibile vsq; ad vltimū ita q; vl-
terius diuidi nō potest. ¶ Anaxagoras aut infinita posuit
elementa. Et dicebat contrariū & Aristotē. et Empedo. Dice-
bat enim q; illa quatuor elementa ignis/ aer/ aqua/ terra/ es-
sent elementata & omnia alia essent elementa: scilicet lignū/
apis/ caro / et consimilia. Et q; ita esse probabat per hunc
modum. Tu dicis q; illa quatuor sunt elementa. Et ex illis

penit sicut
fuit opinio
philosophoru
q; democritus
et leucippus
ponebant prin-
cipia p̄ se
materia om-
nium corpore
indiuisibile
et
taquam op̄ta
dicat quod
ut in textu

infinitum
potentia
nō tamē
actu
diuisibile
vsq; ad
vltimū
ita q; vl-
terius diuidi
nō potest

Ponit opinio
Anaxagorae

scdm
2. opinio
respon-
deat

quia q; huius
autem
quod

3. opinio
Anaxagorae
dicitur
de elementis
et huius
opinionis
fuit
quod
quatuor
elementa
sunt
elementata

3. opinio
Anaxagorae
dicitur
de elementis
et huius
cum pluuia: ⁊ de causa pruine videndū: que etiā habet aliq̄
simile cū niue. Generatio rosis est ex vapore grossiori q̄ plu-
uie ⁊ minus calido: eo q̄ habet aliquod terrestre admixtū ⁊
ideo nō eleuatur nisi parū: ⁊ nō fit in tpe magne caliditatis
neq̄ magne frigiditatis. Et fit eius cōuersio iuxta terrā: ⁊
aliq̄ ad altitudinē vnius cubiti: vel palme: vel turris: vel hu-
iusmodi. ¶ Fit enī cōuersio huiusmodi vaporis dupliciter:

Experiētia no-
tabilis.

De rore lege
Aris. in. 2. me-
theo. in cap. 1.
p̄mi tra. vbi de
hūidis impres-
sionibus agit.

se per se et per accidens. Per se fit a frigore aeris in nocte: quoniam non est reflectio luminis a sole: et ideo est parui humoris et cito consumitur a sole. Alia est peruersio per accidens superius et fit ex resolutione multi vaporis in seipsum ad aliquod reflectens ipsum: ut patet in olla cooperta ubi reflexus fumus generat aquam. Et sicut fit in instrumēto quo fit aqua rosacea. Unde cum cenatur de sero in gramine in crepusculo vesperino fit roratio sub mensa per reflectionem vaporis ad mensam.

Particula sexta de generatione pruine et cuiusdam specialis rosis.

Pruina autem fit ex vapore eiusdem nature. Sed frigus densum in aere congelat ipsum convertendo sicut dictum est de niue: quia frigus magis condensat in corporibus solidis: sicut sunt lapides et ligna: ideo egrediens frigus ab illis: et tangens vaporem circumstantem convertendo constringit ipsum et facit ipsum circa se stare. **¶** Quod autem hoc sit verum: est signum satis familiare: in spiraminibus in hieme ad vestem: vel pilos: quia spiramē magis humidum est in hieme quam in estate propter generationem flegmatis: cuius proprium est esse in hieme. Grossus ergo vapor expiratus convertendo congelatur et circumstat pilis et vestibus ut pruina arboribus. **¶** Duricie autem pruine super niuem causa est quia densum frigus circa terram ex condensatione ipsius in corporibus terrestribus expellit velociter aerem calidum a vapore. Et licet in ipsa conversione congelet: fit tamen rigidus: eo quod nihil manet de calore elevante ipsum: quod resolvendo ipsum mollificet. **¶** Fuit autem quedam rosis generatio magis a pastoribus quam phisicis in

Generatio pruine de qua Arist. in loco prenotato.

Probat quod dixerat per signum.

Cur pruina duricie habeat: ostendit.

De alia quodam rosis generatione docte terminat

Tractatus Quartus.

uenta: cuius descēsum (ego a pastoribus edoctus) frequēter
obseruauī. Est aut vapor valde spissus: quasi olei fumus: vel
sepi vel adipis: generatus ex cōmixtione trium elementoz:
terre aque: aeris et calidum ignis est in eo digerens: et ideo
ex eo efficitur humiditas vinctuosa: dulcis valde ad modum
mellis: et quando cadit super vegetabilia primo efficiuntur
quasi melle perfusa. Postea autem euaporato humido sub-
tili aereo remanet grossum terrestre. Et quia bene permi-
xtum et digestum erat: videtur sicut farina molendine vola-
bilis: respersa super arborum folia. et contrahit ea: inducit
sterilitatē in eis. Quandoq; euaporato calido ex seipso tra-
hit ad superficiē secum humidū: et quia ex frigore aeris gene-
ratur pellicula exterius. Hoccirco aer inclusus cōuertitur ad
spiritum sensibilē et animale et generantur inde vermes et
parue musce. Et pastores duo magna accidētia. Ex his pro-
nostificantur et frequenter quādoq; tertium. Quorum duo-
rum primoz vnum est mors animalū ouium et pecorum. Et
huiusmodi duas causas mihi assignauerūt. Quarum vna q̄
ex dulcedine tantū inde comedūt q̄ eorum fel ex multa co-
lera augmentatā q̄ cutis fellis scindatur. Et fel per visce-
ra diffunditur ex multitudine et amaritudine et scindit ea: et
per cōsequens animalia moriunt. Alia causa est quia nimis
quide sumēdo dulcedinē tūc epas opilatur. Et nutrimentū
multum attractum (nō potest ab ipso digeri: et ad membra di-
rigi: propter venarum epatis repletionē) ibidem remanens
cōculcatur et ebullit: et ex ebullitione sequitur putredo: et par-
tium transpositio: ex quo sequitur trāssubstantiatio: id est



Experiētie op-
time.

noue rei generatio ergo materia in epate putrescit ⁊ generantur inde sanguisuge: ⁊ replēt totū epar: ⁊ vtrumq; verū esse: oculis cōspeximus. Et hec dicta sunt de generatis impōsionibus ex vapore humido in alto.

Particula septima dans causam
cuiusq; accidētis omniū impressiōnū premissarū.

In vtrisq; autē p̄habitis generatiōibus scz generatis ex vapore calido sicco ⁊ inflāmabili: et generatis ex vapore humido est vniū accidēs quod nō est silētio pretereundū scz q̄ quādoq; subito ⁊ impetuose quādoq; successiue descendūt ⁊ suauiter cadūt. Huius causa est duplex. Quarum prima est: frigus expellens sibi contrariū calidū: sicut accidit: in assub cadente ⁊ dracone volante: qui mouet̄ ad latus noui directe inferius. Est enim vapor inequaliter leuis ⁊ gravis curuās se p̄pter nubiiū motum ⁊ inflammaē ex cōfricatione quo ad latus vniū pellit frigus obuians: ⁊ ad aliud contrahit calidū cōsimile. Assub autē cadit ex impulsione sui cōtrarij quod indinat se ad vnam partē siue plagam mūdi. Unde dicūt marini q̄ ventus sublime flat ad istam partē ⁊ puto esse verum. Alia causa est fortissima impulsio: ex duplici impellēte. Quorum vnum est frigus loci vt dictū est. Et huiusmodi signus est quādo effundit̄ ignis: in aquā raram: fit enī ibi impulsio et expulsio subita ⁊ impetiosa vnius ab altero. Alius est vapor siccus expellens humidū ⁊ econuerso: et ideo impetiosa pluuia semper est a vento p̄cedente ⁊ inuoluēte ⁊ inspissante nubem. Et hec dicta sufficiūt de generatis in alto ex vapore sicco inflāmato. Et ex vapore humido nō inflāmato.

Cur impōsiones calide: siccę ⁊ frigide quādoq; impetuose ⁊ aliquā paulatim descendāt causas assignat.

Secūda causa.

Epilogus.

Tractatus Quartus.

Capitulum quintū de causis

loco/generatione/ z de accidētibus ventorū.

Materialis
causa ventorū.

Efficiens causa
venti.

Probat a sig-
no.

Locus gñati-
onis ventorū.

Epilogat z di-
ceda pponit.

Vetus nō ab
alto sed lateri-
bus fre venit.

Oscendum est nunc de ventis: z causa materiali ventorū: z efficiente z de loco generatiōis eorum. Ventus igitur fit ex vapore grosso z sicco terrestri materialiter. Efficitur autē a calore Solis: hunc vaporem eleuante et non consumente. Huius signum est quod venti fortes precipue sunt in autumno sole existente circa equinoctiū autumnale quia tunc sol cōburendo exsiccauit elemēta. Et ideo vapor exalatus est magis siccus terreus et ideo dicitur quod in autumno complexio terrea dominatur idest frigida z sicca. **L**ocus vero generationis est circa mediam regionē que est maximi frigoris: ascendit enim illuc vapor terreus. Et ille cum per naturam sit calidus z grauis: obuiat ei frigus loci z inspissat z grauat ipsum z descendere facit aliquantulum. Calor autem solis non est de facili separabilis ab illo: quia magis cōfortatur in sicco terrestri quā in vapore humido: z ideo iterū releuat ipm: et ideo fit violenta aeris impulsio: que flatus vocatur. Sicque determinata causa materiali et efficiente: z dicto de loco venti in cōmuni: oportet magis ad speciē trāsire vt sciatur Quare ventus nō venit de sublimi quēadmodū pluuia sed semper a lateribus. Ratio est: quia locus generationis venti: scdm quod flare incipit: est in extremis terre z non super terram. Causa autē est quia reflexio radiozum est debilis in extremis terre: et in medio fortis. Et hoc est propter angulum radij qui in extremis est obtusus: in medio autē rectus siue acutus. Cum igitur causa efficiēs venti sit calor debilis

z euocans tantum: ideo cōfortatur materia venti in extre-
 mis terre nostre habitationis vel situationis z non directe
 cadit super ipsam. ¶ Causa autē est quare ventus flat dis-
 continue vt flatum facit vnum z cessat ad horā z iterū flat:
 debilitas est caloris solis : quia in vapore illo est frigiditas
 loci: z natura vaporis deprimit superiorem partem eius val-
 de vehemēter. Et cum latissimus vapor sit inspissatus a fri-
 goze multum agitatur aerem z dat flatum donec descēdit cō-
 uersio superioris extremitatis ipsius super inferiorem terre
 superficiem deinde resurgit calor ex radijs super terrā : ite-
 rum calido suo eleuante ipsum z superaddente ei materiā ex
 eleuatione pluris vaporis in ipsum z ideo cōfortatus iterū
 dat ascendendo alium flatum fortiozem. ¶ Sciendum est
 enim quoniam vapor terre nunquā ascendit equaliter in om-
 nibus partibus qz sunt in eo opposite virtutes. s. grauitas z
 leuitas nec est equaliter subtilis ppter duriciem siccī vapo-
 ris. Et ideo ascēdit sicut pellis extensa ab inferiori ad supe-
 rius: cuius ad nos versa est latitudo. His visis facile est vide-
 re qualiter vnus flatus sit ab alio fortior : et quis eorum sit
 fortior. Cū enī superior extremitas inspissata a frigore loci
 descēdit: z spissum aerem fortius impellit q̄ rarum: fortior
 erit flatus descētionis q̄ ascensionis. Istam autē ascensionē
 z descensionem dicunt philosophi motum tortuosum terre-
 stris vaporis. Sicut etiam vocāt ipsum vaporē magis pro-
 prie fumum propter sui terreitatem. Et vaporem aqueuz
 magis proprie vocari nomine proprio vaporem. ¶ Hic autē
 est scire necessariū q̄ aer est elementū etiam omni impulsioni

Assignat cau-
 sam cur vētorū
 flatus sit discō-
 tinuus.

Notabile.

Inferit cur v-
 nus flatus vē-
 ti fortior sit
 alio.

Aer impulsio-
 ni facile est
 obediens.

Tractatus Quartus.

obediēs: et facile eius motus fit ad omnē partē per naturā sui. Signum autē huius est proiectio sagittarū in aquam. Cuius impulsione violēta: fortissime aqua impelliē: et inundat pars partem impellens quousq; cessat vis violentie. Si ergo paruū impellēs adeo fortem dat sibi motū: nō est mirandum si fumus latissimus dat flatum. ¶ Inde colligitur causa soni ipsius venti ad modum vndarū sese constringentium: ex eo q; vna inundatio preuenit aliam et effundit se super eam. ¶ Ex his de plano potest patere causa triplex abscissionis ventorum scilicet intensum frigus: intensus calor: et hec abscindūt simpliciter. Et pluuia sequens hec abscindit scdm quid. Frigus quippe intensum nō pmittit terrā aperiri vt fumus eleuetur. Calor autē intensus fumū comburit. Sed pluuia ex hoc q; aerem infrigidat: grauat vaporē ita q; quando descēdit subito: eleuari a debili calore nō potest. Et similiter terrā humefacit et poros terre superficiali (per quos exiit fumus) obstruit. Et ideo prescinditur materia adangens ventum. Et ideo quicquid non cōtinue regeneratur cito deficit: ideo ventus cessat post magnas pluuias. Sed quia cessante pluuia rursus resurgit calidum in terra et aerem exsiccet et eleuat vaporē et fumū. Et ideo frequenter post aliquam horam: vel diem iterum resurgit ventus: nisi pluuia sit longa valde: que post multam frigiditatem facit victoriam in fumo venti. ¶ Ex his etiam liquet quare vapor ventorum non conuertitur et cadit super nos sicut aqua pluens. Huius igitur scdm supradicta cause sunt due. Quarum etiam vna ex principalior est materia venti:

Quō ventorū
flatus sonū fa-
cit.

Propter tres
causas vētorū
flatus cessat.

Pluuia ventū
abscindit.

Cōp.

que est sicca et non bene continuabilis. Sed tamen habes aliquid nature humiditatis quod est continuū ut fumus: et ideo de tali materia resoluta non apparet sensibiliter. Sed dispergitur ad modum atomorum. Alia causa est quod vapor venti non natat super nos. Sed dirigitur ad extrema habitationis nostre seu in conuexū arcus vnius terre ideo non cadit supra nos. Dico autē conuexum vnius terre quia terra rotunda est: et quandoque ventus est in terra vna: qui non est in alia. Et tūc vapor licet non sit simpliciter in extremo: est tamen in conuexo arcus respectu terre in qua flat. Et hec dicta sufficiant.

Capitulū Sextū dans numerū

ventorum proprietatesque ipsorum bonas et malas.

His visis ponam omnes ventos locaque eorum generationis et impressiones singulorum de his que fiunt vel generantur in nostro habitaculo. Sunt autem quatuor simplices qui generantur versus quatuor angulos solis super nostrum horizontem distincti. Sunt autem isti secundum Aristotelem: septentrio/meridies/subsolanus/fauonius. Item inter quoslibet duos sunt alij duo: et sic sunt octo medij. Item inter septentrionem et subsolanum: sunt aquilo septentrioni propinquior: et vulturius subsolano propinquior. Item inter subsolanum et meridiem est curus subsolano propinquior. Et nothus propinquior meridie siue austro que idem valent. Item inter austrum et fauonium Affricus propinquior austro: et zepirus propinquior fauonio. Item inter fauonium et septentrionem Circius vicinior fauonio et eborus propinquior septentrionali. Duos enim preter hos incertis flatus et vagi ponunt quidam. Si sunt: non determinantur ab

De ventis tam in generali quam in speciali: lege Arist. 3. meteor. in tract. 1.

Moia ventorum

Tractatus Quartus.

obediēs: et facile eius motus fit ad omnē partē per naturā sui. Signum autē huius est proiectio sagittarū in aquam. Cuius impulsione violēta: fortissime aqua impellit: et inundat pars partem impellens quousq; cessat vis violentie. Si ergo parū impellēs a deo fortem dat sibi motū: nō est mirandum si fumus latissimus dat flatum. ¶ Inde colligitur causa soni ipsius venti ad modum vndarū sese constringentium: ex eo q; vna inundatio preuenit aliam et effundit se super eam. ¶ Ex his de plano potest patere causa triplex abscessionis ventorum scilicet intensus frigus: intensus calor: et hec abscedūt simpliciter. Et pluuia sequens hec abscedit scdm quid. Frigus quippe intensum nō pmittit terrā aperiri vt fumus eleuetur. Calor autē intensus fumū comburit. Sed pluuia ex hoc q; aerem infrigidat: grauat vaporē ita q; quando descēdit subito: eleuari a debili calore nō potest. Et similiter terrā humefacit et poros terre superficiali (per quos exiit fumus) obstruit. Et ideo prescinditur materia adaugens ventum. Et ideo quicquid non cōtinue regeneratur cito deficit: ideo ventus cessat post magnas pluuias. Sed quia cessante pluuia rursus resurgit calidum in terra et aerem exsiccet et eleuat vaporē et fumū. Et ideo frequenter post aliquam horam: vel diem iterum resurgit ventus: nisi pluuia sit longa valde: que post multam frigiditatem facit victoriam in fumo venti. ¶ Ex his etiam liquet quare vapor ventorum non conuertitur et cadit super nos sicut aqua pluens. Huius igitur scdm supradicta cause sunt due. Quarum etiam vna ex principalior est materia venti:

Quō ventorū
flatus sonū fa-
cit.

Propter tres
causas vētorū
flatus cessat.

Pluuia ventū
abscedit.

Cōp.

que est sicca & nō bene p̄tinuabilis. Sed tamē habēs aliquo nature humidī quod est continuū vt fumus : et ideo de tali materia resoluta: nō apparet sensibiliter. Sed dispergit̄ ad modum atomoz. Alia causa est q̄ vapor venti nō natat super nos. Sed dirigitur ad extrema habitationis nostre seu in conuexū arcus vnius terre ideo nō cadit supra nos. Dico autē cōuexum vnius terre quia terra rotūda est: & quādoq; ventus est in terra vna: qui nō est in alia. Et tūc vapor licet non sit simpliciter in extremo: est tamē in conuexo arcus respectu terre in qua flat. Et hec dicta sufficiant.

Capitulū Sextū dans numerū

ventoz proprietatesq; ipsoz bonas & malas.

His visis ponam oēs ventos locaq; eoz generationis & impressiones singuloz de his que fiunt vel generant̄ in nostro habitaculo. **¶** Sunt aut̄ quatuor simplices qui generantur versus quatuor angulos solis sup nostrū horizontē distincti. Sunt aut̄ isti fm̄ Aristotelē: septentrio/ meridies/ subsolanus/ faonius. Item inter quoslibet duos sunt alij duo: & sic sunt octo medij. Item inter septentrionē & subsolanum: sunt aquilo septētrioni p̄pinquior: & vulturinus subsolano p̄pinquior. Item inter subsolanū & meridiem est curus subsolano p̄pinquior. Et nothus propinquior meridie siue austro que idem valent. Item inter austrū & faoniū Africus p̄pinquior austro & zepirus p̄pinquior faonio. Item inter faoniū & septentrionē Circinus vicinior faonio et chorus p̄pinquior septētrionali. Duos enī preter hos icerti flatus & vagi ponūt quidam. Si sunt: nō determinantur ab

De vētis tam
in gnali q̄ in
speciali: lege
Aris. 3. methe.
in tract. 1.

Moia ventoz

Tractatus Quartus.

Proponi di-
cenda.

Aquilo absin-
dit pluias.

Aquilo corp?
fortificat ac
calore natura-
lem eiusdem.

ris: sed potius in eisdem locis generantur: ita scilicet q̄ ele-
uatio vaporis in gyro: est quasi continua: modo hic: modo
alibi. ¶ Superest autem determinare quare vnus istorum
sit magni flatus & pauca pluiie: & frigide aure & serene. Alter
autē leuis flatus: multe pluiie & corrūpentis aure. Duo au-
tem sunt multorum flatuum vt frequenter: non tamen for-
tium. Vnus autem abscondens pluiias: orientalis vel subso-
lanus. Alter autem conduens pluiias: occidentalis siue fa-
uonius. Dico autem q̄ aquilo fortissimi flatus est et absin-
dit pluias et depurat aerem. Et hec omnia causantur a fri-
gore sui vaporis: quia condensat vaporem et venit a loco
frigoris qui est iuxta articum polū: ideo frigidus est ven-
tus: & quia frigus claudit et continet terre poros ac super-
ficiem eius ne euaporare possit: & ideo depurat aerem absin-
dendo materiam pluiie. Eadem ratione claudit poros cor-
porum nostrorū: ne immutetur ab ingressu exteriori in nos
euaporabiliter. Et ex hoc cōtinetur in nobis calor natura-
lis & fortificatur et efficitur homo sanus. Huius signa po-
nam duo: quorū vnum est Ipcratis: qui dicit in hieme ven-
tres esse calidiores q̄ in estate cuius eadem causa est. Aliud
signum est quod habetur ex artificio Jacob in genesi capi-
trecesimo. Qui virgas posuit ad aquas quando prima fuit
admissura Arietum: et hoc sicut infra pbatur quando flat
Aquilo: eo q̄ ille cōtinet poros in generatiōibus & seminib?
ne euaporētur spiritus & debilitent fetus cōcepti. Dicit enī
Aristoteles in libro de animalibus quādo pastores volūt q̄
oues cōcipiant masculos: tunc procurāt arietum ascēiones

versus aquilonem: tempore venti aquilonaris. ¶ Item hic etiam ventus dicitur a philosophis flare recte et directe: non motu elevationis vel depressionis in fine flatus. Et huius causa est quia flatus eius venit ab aquilone in meridiem et quanto plus accedit ad meridiem tanto plus accedit ad calidum propter quod rarificatur vapor et subtiliatur et non deprimi nec elevatur. ¶ Meridionalis autem ventus oppositis de causis habet accidentia opposita quia enim calidus est eius vapor: et exit a loco calido ideo morbos adducit. Evaporat enim naturale calidum. Et subintrat calidum aeris turbatum et corruptum et quia conducit vapores terre poros aperiendo et ideo multiplicat pluvias. Flat autem tortuose: quia flatus eius est ab meridie ad aquilonem: et inundans vapor invenit frigus aquilonis: et ideo inspissatur et per consequens flatu suo incurvatur et flatum retorquet. Et ex illa tortuositate flatus iterum involuendo comprimit nubes aqueas inuertas in aere. Et facit etiam hac de causa pluvias. ¶ Quod autem dictum est unum flare tortuose: et alium directe: aliquando habet impedimentum per accidentia. Sicut dicit Aristoteles quod iuxta Corinthiam flat aquilo tortuose: et hoc contingit propter recurvationem inundantis vaporis ad quosdam montes ibidem existentes altissimos. Ita etiam econverso propter loca calida que pertransit meridionalis: incipit dirigi in flatum meridionalem. Eadem de causa in nostris climatibus: sexto et septimo: venti australes non adducunt morbos: eo quod antequam ad nos veniant infrigidantur in nubibus montium et aeris. Et ideo non adeo aperiunt corporis poros: quod sanitati nocet per plurimum.

Aquilo flare dicitur recte seu directe.

De vento meridionali doctissime determinat et ostendit eundem habere opposita accidentia ad agglomerationem.

Obiectioni citam soluit.

Nota.

Tractatus Quartus.

**Tempus flatus
aquilonis.**

Tempus autē flatus aquilonis est in vere plus: et in autūno minus: et causa primi tēporis est quod in frigore hiemis vapores multi sunt cōgregati in terra cōclusi: qui tēpore veris euaporant vel euocant et faciūt vētos. Et p̄cipue in aquilōe vbi magis de frigore: tenuis quoq; calor qui non cōsumere potest: in autūno aut terra est exsiccata a calore solis: et ideo calor solis de facili euocat vapores eo quod tūc terra nō est cōstricta: et cum egrediū vapor: siccus est valde: et ventus altus: in aere incipit flare valde. Ideo prouerbiū vulgi est quod venti alti flant in autūno.

Subsolanus.

Subsolanus vētus est calidus et siccus abscindens pluuias nō tamē adeo vt aquilo: eo quod est de vapore sequēte solem qui siccus est: et motus firmamenti iuuat ad hoc: quia idem motus venti illius: vt est motus diurnus. Et ideo resoluit vapor et exsiccatur.

Fauonius.

Fauonius autē p̄ oppositas causas adducit pluuias. De medijs aut istoz est intelligendū mixtīm: s̄m naturā p̄ncipaliū. Et notandū quod mane ante diluculum est ventus quandoq; de die: et cessat in nocte: et ecōuerso. Huius aut ratio est: quod de mane emittunt radij solis (vapore frigiditate noctis cōpresso) in oriētem: et ideo sol eleuat ipsum. Et ipse iterum ex frigiditate loci descendit: et ideo facit ventū: qui quādoq; cessat sole vincente: et quandoq; confortat: quando sol nō sufficit vincere. Sed tantū sufficit eleuando repugnare cōtinue depressioni. Vapor igitur siccus dep̄imit nocte: et eleuat in die: et econuerso vapor calidior de die vincitur: et aliquantulū frigiditate noctis dep̄imit et p̄prio calore iterū eleuatur et ideo de nocte venti flatum efficit.

**Cur vēti flat?
p̄cipiat quāq;
de die: et cesset
ad noctē: et ecō
uerso causam
assignat.**

Epilogus.

Hec determinata sunt de generatis

ex vapore simplici humido et sicco: et in loco alto. Unde verus. Sunt subsolanus/vulturnus/eurus/ ab ortu. Circinus occasum zephyrusq; fauonius afflant. Atq; die medio notus: errat et affricus/auster. Proveniunt aquilo/boreas et chorus ab arcton.

Carminē ventoz nomia describit.

Capitulum Septimū de materia et generatione tonitruū et choruscationis.

O sinceps erit nostra intentio: tangere causas impressiōnum cōpositi vaporis. Sicci et humidi: vel sicci cum sicco vel humidi cū humido: et cum lumine solis: et lumine stellarum: quia tūc habebimus omnia que in alto generantur ex vapore. Prima autē compositio vaporis est humidi cum sicco: non cōmixtis vaporibus. Sed distinctis que compositio causat tonitrua et choruscationes. Secūdo dabimus causam de motu terre: qui causatur ex vapore sicco non mixto: sed incluso in elemento solido et sicco quod est terra. Tertio dabimus causam de vento turbinis: qui causatur a vento sicco obuiāte opposito vento. Ultimo de Fride et circulo solis et lune: de cometis et nubium coloribus: et nebularū: et de galaxia que generatur ex vapore qui coniungitur cum lumine solis siue stellarū et tunc perueniemus ad omnia que generantur in alto ex vapore calido ac sicco. **¶** Dicendum est ergo qd materia tonitruū est alia: et eius locus est alius generatiōis. Materia est vapor siccus valde et calidus: ille enī de facili totus incenditur. Cuius signum est (licet turpe) satis familiare: inuentositatibus ventris quia sicce sunt et terrestres: ideo emisse si modicū tanguntur ab igne statim inflāmantur: et crepitāt.

De impressiōibus q̄ ex cōposito vapore generantur terminare incipit: et primo dicēda in generali p̄ponit.

Materia tonitruū.

Tractatus Quartus.

De loco toni-
trui.

Locus aut tonitruui siue vas generatiōis est nubes: aquo-
sa et cōcaua. Eleuant enim forti calore solis ambo simul vapo-
res. cū aut vapor terrestris non sit adeo dilatibilis vt aque
constringit in medio sui: et alius expandit circa ipsum sicut
tentoriū. Et quia exterior est humidus et interior siccus. In-
terior fugit contrariū in profundū nubis exterioris. exteri-
or aut loci frigiditate cōtrahit: et amplius agitatur interiorē.
Et interior agitatus cōfricat partē ad partem: et ad latera
exterioris: Et ex ipso motu et cōfricatione contingit ipsum
igniri: ignis aut a suo cōtrario expellit: et vis ignis scindit
nubē aquosam et in scissura illa accidit choruscatio et sonus.
que simul fiunt in tempore: sed non simul comprehendunt
eo qd visus est auditu spiritalior: et hec etiā est Aristotelis
sentētia. **N**otandū qd tribus modis fit sonus in tonitru
sicut probari potest suo tēpore et loco. Et tribus modis fit
egressio vnus vaporis ab alio. Et ideo sunt sex hic notāda.
Fit enim quandoq; egressio violēta per expulsionē vnus ab
alio: quemadmodū dicit Aristoteles in li. metheoroz. Quā-
doq; aut non sic tantū. Sed vapor paulatim abscindēs nu-
bem in qua est euolans: inuenit aliā siccam: constrictā et spis-
sam et inuoluit se in illam: et ex collisione facit sonū: quādoq;
cū choruscatione nubis vt quādo inflammāt. Et quandoq;
sine choruscatione: quādoq; scz solum collidit. Tertio autē
egreditur paruus vapor: et rarus inflammatus ex nube tenui
et non multū aquosa et tunc videtur ille ignis sicut alba flā-
ma per fumum multū: et nō facit sonum in propria nube: sed
obuiat ei alia nubes valde aquosa et spissa: et ideo quia debi-

Sonus in nu-
be fit tripliciter
sic etiā vnus
vaporis ab a-
lio egressio tri-
pliciter fit.

1
2

3

lis est flamma extinguitur in illa nube aquosa: fumando potius q̄ sonando. sicut fumat ferrum cadens in aquā. Tripliter igit̄ vapor egreditur de propria nube sc̄z ante inflātionem: et in ipsa inflātionem: et post. Ante quidē inflātionem: quando vapor incipit cōprimi in profundū nubis sui acuminē: eo q̄ siccus est vapor et penetrat nubē et egredit̄ ad aerē quem cōmouet fortiter vel debilitet sc̄dm diuersitatē sue virtutis. Et hec est causa q̄re aū tonitrua sunt v̄ti fortes et validi. In ipsa aut̄ inflātionem: quādoq̄ vterq̄ est rarus et debilis: tūc quia interior non inuenit resistens et egredit̄ sine sono vel vento: qui puenit ad auditū nostrū. Sicut accidit in estate in serotinis ac paruis choruscationibus. Postq̄ aut̄ vapor inflātatus est: quādoq̄ est paru⁹: et tūc pulsando latera nubis facit sonum: et anteq̄ pertransit extinguitur: et tunc auditur sonus sine choruscatione. Et iste diuersitates a paucis sunt considerate. Sed omnes inueniuntur per experimenta. Si quis obseruauerit in noctibus auras estatis.

Declarat vberius predicta.

De choruscatione Toni. et alijs pluribus de q̄bus autor hic in lra mētionē facit lege Aris. 3. meth. ca. 1. trac. 3.

Capitulum Octauum de diuersitate et colore nubium tonitrua continentium deq̄ vario choruscationum descensu.

Nunc dicam de diuersitate nubis cōtinentis tonitrua et postea diuersitatem vaporis sc̄dm colorem ignis in ipsa nube. Et tādē diuersitatem descētionis eius ad nos. ¶ Est autem nubes frequenter quadruplicis dispositionis que cōtinet tonitrua / nigra / rubea / viridis / et alba aliquantulum

Proposit dicenda.

Nubes tonitrua cōtineus quadruplicem dispositionem habet.

Tractatus Quartus.

Nigra

¶ Nigra quidem nubes est spissa proprio frigore: et ideo non dat locum radijs solaribus: ut penetrando dealbificet ipsam: et ideo spissa fortiter comprimit vaporem: ex quo generatur ignis et dat forte tonitruum si vapor intrinsecus fuerit multus

Rubescens.

et spissus. ¶ Rubescens autem et nigra nubes de se est valde spissa: sed vapor ignitus resultat per ipsam. Et ideo ut frequenter dat fortiozem ictum quam nigra.

Viridis.

¶ Viridis autem cum nigredine et rubore paruo est pessima omnium nubium si sit supra aliquam ciuitatem: quia illa habet de igne plurimum propter rubedinem. Et vaporis materiam multam propter nigredinem. Et habet multam aquam propter viriditatem: et ideo fit pugna fortissima frigidi cum calido. Et humidum cum sicco: in tantum ut illa frequenter emittit fulmina magnorum lapidum: qui deiciunt turrez et incendunt domos: et homines destrunt.

Alba nubes.

¶ Albam vero nubem timere non oportet: quia parum habet de utraque materia: et ideo cum eius flamma super edificia ceciderit statim extinguitur: antequam incendat ea nisi fuerint sicca valde et cremabilia.

Colores choruscationis.

¶ Valde autem obseruandi sunt colores choruscationum: qui sunt multiplices: rubeus clarus: albus flammeus: ruffus quasi vinosus. Primus causatur ex vapore non multum sicco humidum vero dat ei colorem rubeum sicut est flamma lignorum viridium et est timendus color iste: quia tale humidum continet materiam que non semper

Secundus.

spargitur et ideo facilius et fortius incendet. Flammeus autem color albus est valde sicci vaporis sicut est flamma siccorum lignorum: et ideo cito spargitur et non cremat nisi valde cremabilia sicut est stupa et huiusmodi.

Tertius.

¶ Ruffus autem color vinosus

Naturalium Alberti xlvij

valde penetrabilis est eo quod coarscacio illa: est valde coglu-
tinati vaporis ac valde terrestris. Et frequenter incendit et
scindit. ¶ Casus autem ipsius est de nube multiplex ad hec in-
feriora. Primus modus est quando vapor cadit inflamatus
ruffus de viridi nube et profunda: et hec generat lapidem. Qui
vocatur telum tonitruum: hoc modo. Nam vaporabilis com-
mixtio terrestris vaporis incenditur: et cum tangit viridem
nubem que iam est in conuersione ad aquam coglutinatur
sicut farina in pastam. Fortissima autem incensio obuiat et
ita quod humore nubis non extinguatur et ideo sic coglutina-
tus vapor a fortissimo humido ac fortissimo calido deco-
quitur sicut later. Et quia calidum festinat fugere humidum
Et ideo in inferiori parte acuitur lapis ubi primo incipit
distillare vapor: et est grossus in parte alia et hic lapis scindit
et incendit quicquid inuenit. ¶ Secundus modus est eiusdem
vaporis quando minus est coglutinatus: et in nube minus a-
quosa: et tunc non continuatur. Sed incensus ingreditur cum im-
petu: et incendit iterum et scindit. Sed non scindit nisi ligna: et
non lapides nisi raro. Sed ligna scindit ex impulsu: et incedit
ex inflammatione. ¶ Tertius modus est vaporis rubei colo-
ris clari: qui nunquam facit lapides. Sed tamen sua flamma non
separatur a vapore: et nunquam scindit: nisi valde compacta et ter-
rea corpora que non magne quantitates sunt. Si enim magne
quantitates essent resisterent ei. Et hic interficit homines: et ap-
paret in eis odor combustionis: et non videtur vulnus: quia cum
sit subtilis subintrat sine vulnere: et si aurum in bursa inuene-
rit cominet illud: et bursam non ledit: quia bursa est corpus

Casus seu mo-
di quibus coar-
scaciones deor-
sum cadunt sunt
sex. Primus

Nota quomodo
generetur telum
tonitruum.

Secundus modus

Tertius modus

Non experientia

Tractatus Quartus

rarum dans locum et facile subintrat: aurum autem compactum est et durum resistit et ideo quandoque comminutum est in partes: quandoque in pulverem et hoc modo nostris temporibus accidit quod gladium cuiusdam perforavit et non lesit vaginam. Et lapidem per unum comminuit; magnum vero non. ¶ Quartus modus eius vaporis est magis raris: et ex minus aquea nube egrediens et ille subintrat non dividendo ledit: nec aperte incendendo. Sed est choruscatio rubea valde continua et multum nociva: nocet enim vineis ut mihi retulere vineatores et precipue botris illis qui multis folijs sunt cooperti et cum per aliquod foramen choruscatio cum radio suo percipit: eo quod vine huiusmodi sic se evaporare non possunt. Et hec choruscatio non tantum nociva est arboribus immo etiam alijs corporibus quia directe cadit. Et etiam suus radius est nocivus huic quod tangit quia corrumpit ipsum: eo quod illud facit ex natura eius. ¶ Unde hac de causa quidam inspicientes talem choruscationem inflati sunt in facie: et quidam excecati sunt oculis. ¶ Quintus modus est vaporis albi qui egreditur de nube inflamata sicca non coadunata et ideo dispergitur in aere. Sed tamen egreditur cum magno impetu propter nubis profunditatem in qua est: que est multum aquosa: et ideo scindit: et scindendo extinguitur. Ita quod ea que scindit videntur alba et non apparent in eis signa combustionis. Et quandoque interficit quando fortis est eius impetus atque impulsio. Et quandoque propter sui disgregationem percutit quem in uno loco sine offensa socij sui iuxta eum sedentem: et percutit eum qui stat remote. Quandoque est reflexus ab uno progreditur pariete ad alium et percutit eum. Et quandoque est debilis et

vestē consumit et extinguit statim: et cessat eius violētia et nō
 ledit hominē et talis mihi accidit casus. ¶ Sextus est egre-
 ssus eius soē vaporis ex nube debilitata et ille omnino nihil no-
 cet: quia statim cōtactu aeris extinguit et recedit ita q̄ cessat
 simul incēdiū eius: et violētus impulsus. Sed hic adiiciendū
 est: q̄ propriū tēpus tonitruū: aliud est in regionibus frigi-
 dis sc̄z in .5. 6. 7. climatibus. Et aliud in calidis vt in .1. 2. 3. ac.
 4. climatibus. In regionibus enim frigidis raro tonat for-
 titer nisi sole existēte ad tropicū estiuale qui est in capite cā-
 cri: quia tūc calor solis fortis existēs fortiter eleuat vaporē
 aque et terre ex quib⁹ iunctis causat tōitruū. ¶ In alijs autē
 calidis regiōibus causant tonitrua in equinoctiali: et hoc est
 sole existente in capite arietis et libe. Quando enim est in
 cancro tunc potius incendit vaporem quam eleuat. ¶ Nec
 est contrarium hoc quod supra diximus Q̄ sol in estate po-
 tius abscindit: comburendo vapores: hoc enim verum est
 de vaporibus debilibus. Sed cum fortis est calor tunc non
 potest consumere vaporem grossum. Sed eleuat ipsum vt
 magnus ignis eleuat ligna accensa: et facit volare ea per aerē
 ra. Unde obseruauerant rustici vnum experimentum et ve-
 rum est quia sum expertus duobus annis quando audiun-
 tur tonitrua in hiemalibus signis vt in capricorno et aquari-
 o q̄ tunc circa initium veris: et forte per totum annum
 plus ventabit q̄ alio anno. Et huius causa est quia huius-
 modi tonitrua significant multam materiam ventorum et
 vaporem esse in aere que non defacili abscinditur etiam per
 totum annum.

Sextus.

Obiectioni re-
spondet.

Experimentū.

Tractatus Quartus

Capitulū Nonum declarans

mirabiles effectus tonitruū z choruscationis.

Causasq; illorum assignans.

Uidebat autē multis philosophis: q; tonitruū esset res diuina propter mirabiles ac multiplices effectus ipsius.

Opinio quorundā choruscationē ac tonitrua ab quādam summi Iouis potestate eueniūt asserentiū.

Precipui autem dicentes choruscationem esse rem diuinā fuerunt duo magni philosophi Hesiodiodiste in cultibus deorum patres sc; Attalus z Latina etiam Seneca qui dixerunt Iouem esse causam eius eo q; diuersus z mirabilis esset eius effectus. Propter quod inuenitur aliquādo ledere flores vinearum z nucleos auclanarū: cum tamē nusq; combustionis appareat signum. Liquefacit aurum z non ledit crumenam siue saccum in quo est aurum. Aliquādo liquefacit z comminuit z perforat gladium multis foraminibus absq; lesione vagine. Aliquādo exurit calceos z non ledit pedem. Aliquādo exurit ī toto corpore crines z nō exurit corpus eius. Dico autē crines tam circa iugina q; sub asellis z ceteris occultis locis: z nō crura vel brachia que iugina cooperiunt. Aliquādo etiā alterat colorem alicuius hominis siue animalis quod percutit z nihil aliud facit. Aliquādo interficit z tamē nullum vulnus apparet vel cōbustionis vel adustionis. Aliquādo apparet signū diuisionis vt precipue in intersectis lignis z a tonitruo percussis que in loco diuisionis albibissima inueniuntur. **U** Et pre oibus hoc dignū est admiratione: sicut dicit Seneca q; aliquādo percutit z adurit doleū z adhuc stat vinum per tēpus z non defluit nec effunditur. Fertur autē a philosophis quibusdā q; animal venenosum

De qua re parum infra in p̄senti ca.

percussum venenū amittit. Cuius signū est q̄ serpēs percussus infra paucos dies vermiculat putrefactus. Quod nō facit alter serpēs aliter interfectus: eo q̄ venenū p̄hibet in eo nasci vermes vel ex eo cibari. Quod aut̄ cōmuniter omnibus fulminatis accidit est q̄ omne fulmine percussum odorem cōtrahit sulphureū: z semp̄ vertit caput contra impetū fulminis. Arbor aut̄ siue planta dum percutit̄ a fulmine: hastulas diuisas a fulmine erigit et alia multa sunt a philosophis in effectibus fulminis notata mirabilia. Propter quod dixerunt omnes qui antiquitus theologisabāt q̄ fulmē dirigeretur a dijs. Et attribuebāt regi deoz̄ quē Iouem appellabant. Sicut ergo enumerata sunt ista ita reddamus causas naturales istoz̄ vt patebit quia error est ea attribuere dijs. Postea reddemus causam si Jupiter qui est vnus planetaz̄ aliquam habeat in tonitruis z fulminibus virtutem. Dicimus aut̄ sicut patet ex p̄habitis: q̄ in fulmine quādoq̄ vapor descendit ad terram seu in terrā: z aliquando extinguit̄ anteq̄ descendat. Ille aut̄ vapor qui nō descēdit: sed extinguitur debilis est: z nō adurit nec aliquod percutit. Ille aut̄ qui descendit aliquando subtilis est: aliquando grossus est. Subtilis aut̄ penetratiuus est valde: et quia immisceet̄ aeri quem alterat suo lumine: igne siue calore: et efficitur adhuc magis subtilis: z ideo ea que sunt magis porosa penetrat: et ideo citius exurit licet non videatur vestigium cōbustionis sicut flores vinearum z auelanarū: eo q̄ lignum istud est porosum valde. Inter illa ligna porosa distinguendū est: quoniam aliquod habet poros rectos aliquod obliquos siue torz̄

De hac re infra.

De vapore duplici.

Diversitas lignorum.

Tractatus Quartus .

tuosos sicut Buxus. & cetera ligna que sunt tortuosa siue nodosa Lignum autem non habens poros rectos non recipit vaporem subtilem: siue aerem inflammatum in profundum sui ideo non aduritur in flore suo. ¶ Quod autem habet rectos poros dupliciter habet illos Aut enim habet hos ascendentes ab ymo per longitudinem sui ligni secundum cursum nutrimenti a radice. Aut habet eos de medulla venientes ad superficiem ligni in circuitu: sicut radij alicuius stelle pinguntur venire ab ymo centro. ¶ Et illud quod habet primo modo poros non habet eos patulos contra fulgur. sed occultos: & ideo de facili non aduritur a fulgore. Et precipue si habet corticem duram & spissam sicut quercus: pinus & malus. Hoc autem quod habet secundo modo poros habet eos patulos: & aduritur a fulmine in circuitu undique veniente & quasi haurit subtilem ignem emissum a fulgure. Et precipue si habet corticem diuaticam subtilem quasi nihil adherentem. Ideo pre omnibus lignis in flore lignum vitis magis aduritur: quia tale habet poros dispositos & cortex suus non bene adheret ei. Quod autem sic disponuntur pori sui probatur. Si vitis viridis incidatur in nodo: tunc enim radij apparent albi pororum de medulla ad modum radiozum stelle ad superficiem venientium. Et ideo ingeniosa natura: dedit viti folia lata quibus defendat se & suos fructus. Quod faciunt vindemiatores sapientes. Condensant enim folia cum vitis est in flore ante flores & botros et in tempore maturitatis auferunt folia: ut sol tangere unam possit eamque maturare. Hec eadem est causa: quare diu inspicienti contra fulgur facies intumescit &

Ostendit cur
aliqua ligna facili
aduruntur a
fulmine. Alia
vero difficiliter.

Lignum vitis
cum in flore est
fulmine facile
aduritur.

quādoq; excecatur. Cum enim homo sit porose pellis et subtilis: haurit ignem in poros qui corrūpit humidū inuentū: et faciē reddit inflatam. Et in oculos intrat magis faciliter et liquefacit siue exsiccat liquorē cristallinū: et oculum execat.

Fulgur tumorem facie efficit et aliquā excecatur.

Si aut fuerit ignis magis adherēs sed nō spissus: sed subtilis et bene commixti ac cōtinui vaporis: iste penetrat porosa sicut correa quasi nō resistētia: et frāgit dura et resistētia sicut aurū vel ferrum. Et si est in eo impetus ictus maior q̄ calor: cōminuit aurū tantū vbi tangit ipsum: vel fortasse in puluerē cōterit. Si aut ibi est impetus ictus et calor simul liquefacit aurum et nō corream: eo q̄ ppter porositatē correi vel ligni: nō congregat ignis nec diū stat retētus in ipso vapore: sed trāsit per ipsum. Nihil em̄ phibet q̄ ignis in vapore disperso nō adurat: qui tamē quandoq; congregatus in duro corpore cōprimente ipsum efficit fortissime adustionis.

Fulgur porosa penetrat dura vō frangit.

Et huius exemplū est: in calce viua et frigida in qua est ignis dispersus qui quādo ad vniū congregat locum: ex hoc q̄ impellitur a quibusdā partibus calcis ad quasdā partes alias per aquā frigidā infusam calci efficit adurēs. **¶** Q̄ aut dicitur q̄ aliquā adurat calceos: vel alias vestes hominem nō ledendo: dicendū est quia vapor ille est debilis cōbustionis et alterat cōbustibile siccum: quod tangit immediate. Et non potest in aliud per modū sue nature. Nec in aliud quod habet humorē sanguinis vel alterius: ignē extinguētis infusus. Debilissimus autē vapor et diuaticatus tantū pilos adurit. Et pili sunt fum⁹ in aere exsiccat⁹ sicci ergo valde et facilis incensionis. Et ideo ille vapor nihil aliud alterare potest:

Similitudo.

Fulmen quāq; vestes ledit illeso corpore.

Tractatus Quartus

Fulmē boiem
inficit.

Fulmē boiem
interficat non
relicto vulnere

Aliquod fulmen
vulnus facit.

Nota.

Conditionē vi-
ni vel alterius
liquoris fulmine
percussū ponit.

propter sue flamme debilitatē. ¶ Vapor autē subtilis ictus magis percutiens quā adurens inficit calorem percussū: et facit concurrere sanguinem sub pelle: et ideo inficit hominem: sic quod habeat pellem inflatā. Et talem nos vidimus. Vapor autē ille si sit ictus fortissimi hominem interficit eo quod penetrat membra vitalia interiora: et etiā percutit propter suā subtilitatē et diuagationē: vulnus tamen non apparet nec adustio: eo quod magis ledit ictu quā calore. Si autē vapor sit grossus sibi adherens facit vulnus et si est calidus valde: tunc relinquit adustionis signa maiora vel minora secundum proportionem sui caloris: et partium eius adherentium. Et si tantum habet ictus impetum: et non est valde spisse flamme: sic alba inueniuntur ligna que diuidit: et talis ictus est frequens et valde sepe videtur. ¶ De oleo autē percusso quod vinum adhuc stat in ipso. Seneca rationem assignat dicēs in vino remanere ex fulmine aliquem spiritum: qui coegit humorem vini et coagulat ipsum quod verisimile est. Non enim alligari posset nisi ei aliquod esset additum vinculum. Hec autē solutio non est conueniens quia spirituale non continet corporale humidum: quale humidum vini est. Adhuc autē non sufficiens est: quia scitur bene quod aliquod continet. Sed deberet ostēdi quid esset illud: et hoc ex verbis Senecæ haberi non potest. ¶ Sciendum ergo quod proprietates vini fulminati et cuiuslibet liquoris percussū: est quod efficitur pestiferum et si quis biberit moritur aut dementabitur. Si multum fuerit vinum vel oleum fulminatū. Fulmen enim vino vel oleo: vel cuiuscumque liquoris quem percutit: immiscet vaporem viscosum: corruptum et sulphureum. Qui cum humore fulminati liquoris

Naturalium Alberti. li.

